

QR. 524, 42

B. m. II, 4

Y b
3805, 1/2

BONO CUM DEO!

DE PRIMA
ACADEMIA,

VILLA PLATONIS,

cum

NOVA HALENSIUM

collata

PRAESIDE

M. JOHAN. PETR. LUDOVICO,

Sv. Halensi, Poet. L. Caes.

differet in publicum

THEOPHILUS MICHAEL MICULCI,

Müchelenfis Saxo,

Alumnus Electoralis Brandenburgicus.

Ad diem XXVIII. Januarii 1707.



HALÆ,

Typis CHRISTOPHORI SALFELDII, REGIMINIS ELECT.

BRANDENB. Typ.



DEPTIMA
ACADEMIA
VITAE

ONIA
PRAXIS
M. JOHANNES RUDOLPHUS
S. HALLENSIS, POC. I. CAS.

THEOPHILUS MICHAELIS
M. MICHAELIS SAXO
Alma mater electorale Brandenburgica
ANNO MDCCLXXVII

HALLI
THEOPHILUS MICHAELIS
PRAXIS





BONO CUM DEO !

DUm in hac nova Musarum Palaestra primum decerto ; ingenii mei vires in his potissimum exercendas esse existimavi : quae & huic convenirent negotio, suaque se lecturis gratia facilius commendarent. Ecquis enim eruditorum est? qui vel solum Academiae vetustissimum nomen in summis non habeat deliciis : quique primam ejus ultimamque non nosse originem solum ; sed omnia quoque penitus scire, in re tot seculorum intervallis celebratissima, percupiat, si vivam imaginem in primis *veteris illius Academiae*, in *nova Halensium* conspici, mecum intellexe-

xe-

xerit. Ita aeternas Serenissimo Prin-
cipi ac Electori FRIDERICO TER-
TIO Sapienti, Pio ac Forti, cum futu-
ra posteritate gratias debebimus. Qui,
dum locum hunc nobilissimum pariter
ac amoenissimum, quo vel ipsa natura
eum aptavit, eo & destinavit ipse, di-
vino plane, dignissimoque tanto Prin-
cipe consilio: neque literis solum, sed
aliis quoque artibus, ad corporis facien-
tibus dexteritatem, instruxit; eam
clementiae est laudem promeritus,
quam venturus demum Orbis sum-
mam maximamque dicet. Omni ve-
ro eruditae juventuti gratulabimur
tandem; quae suas hic Athenas & in-
venit, & frequentat, ad invidiam usque
majori cum incremento, sub tantis li-
terarum heroibus, oriundas.

§. I. Sed

Academ
unde di-
sta.

Sed ad institutum ut veniamus, primae Academiae primum inibimus rationes. Erat haec villa Attica, ab Academo heroe sic dicta, qui eam primus nobilitavit. (a) cuius nomen, cum in scriptura variet, ipsa villa, denominata ab eo, alias atque alias est literas fortita. Ab Hecademo enim Hecademia, & spiritu quandoque omisso, Ecademia; mox ab Echemo, Echedemia, & Echemedia, aut alio modo a Graecis auctoribus scriptum esse invenimus. (b) Apud quos etiam penultima variat, quando

Academia unde dicitur.

(a) Sua nunc serie Graecos scriptores audiamus, ut, quam uno hic omnes ore loquantur, constet. Et **DIOGENES LAERTIUS** quidem *Lib. III. in Vita Platonis, segm. VII. p. 169. edit. Menagii 1692.* Eupolis, ac Timonis, vetustissimorum scriptorum in hanc rem testimonia profert, ipseque addit: *Ἀκαδημία ἐστὶ γυμνάσιον ἐπὶ τινος ἥρωος ὀνομασθέν Ακαδήμου. Academia Gymnasium est, a quodam heroe Academo sic dictum. nec aliter in Atticis PAUSANIAS p. 54. §. 1. edit. Sylburg. ap. Wech. 1613.* Ἀκα-

δημία χωρίον ποτὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου. Academia privati hominis olim ager. & **STEPHANUS de Urbibus**, ubi de Academia agit, inquit: Ἀκαδημία κέκληται ἀπὸ Ἀκαδήμου. Academia dicta ab Academo est. Idem & **HESYCHIUS** habet, p. 46. edit. Schrevelii Lugd. 1668. Ἀκαδημία γυμνάσιον Ἀθήνησιν ἀπὸ Ἀκαδήμου ἀναθέντος. Et iisdem, qua **Laertius**, verbis **SVIDAS** sub h. v. Ἀκαδημία ἀπὸ τινος Ἀκαδήμου ἥρωος ὀνομασθέν.

(b) Quod vero diversimode scribatur haec vox, apertissime omnium **PLUTARCHUS** in *Thesoro*



per & occurrit; quae lis poetarum est. Claudianus e quidem cum aliis, vulgarem modum tenentibus, eam corripit; sed contra producit Cicero; qui ad & respicit. An vero eandem scripturam Aristophanes sequatur; quod Vossius vult, & Hofmannus cum eo, valde dubito, ipse enim *Ἀκαδημίαν* in Nubibus scribit, & ita pariter Scholiastes, (c)

Hi

Thesoro pag. 15. D. edit. Xiland. 1620. indicat, dum dicit; *ἀπὸ Ἐχέμου Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι, τὴν νῦν Ἀκαδημίαν.* ab Echemo Echedeniam dictam esse, quae nunc Academia. Quem LAERTIUS sequitur d. l. πρότερον διὰ τοῦ Ε Ἐκαδημία ἐκαλεῖτο. ante enim per E Hecademia dicebatur. Et STEPHANUS l. c. γράφεται δὲ διὰ τοῦ Ε Ἐκαδήμεια καὶ ἡ πλείων χρῆσις οὕτως. Scribitur autem per e Ecademia, sic crebrior usus obtinet. Quod ipsum & HESYCHIUS p. 405. animadvertit: Ἐχεδημία, ἡ νῦν Ἀκαδημία καλουμένη. SVIDAS vero verba Laertii denuo retinet: Ἀκαδημία, πρότερον δὲ διὰ τοῦ Ε Ἐκαδημία ἐκαλεῖτο, & idem mox addit: καὶ οὐδετέρως Ἀκαδήμειον. Aristophanis SCHOLIASTES in Nubib. p. 110. edit. Froben. 1547. ait: Ἀκαδημία, ἣν γὰρ γυμνάσιον ἀπὸ ἑκαδήμου τινός. Imo, APPIANO teste, in *Nithrid.* ἐχεμηδίων quoque villam hanc

appellarunt, ab ἐχέμου. Quorum sum confer diligentissimum hominem *Claud. DAUSQVIUM* in *Antiqvi Novig. Lat. Orthographica, Volum. II. Tract. V. p. 116. edit. Tornac. 1632.*

(c) TULLII locus, ubi penultimam in Academia extendit lib. I. de Divin. p. 165. habetur. Inque Academia umbrifera, nitidog Lyceo, Fuderunt claras foecundi pettoris artes. Idem & LAUREA facit, Ciceronis libertus, in Epigramm. apud Plinium servato, lib. XXXI. c. I. p. 744. edit Dalechampii: Atque Academiae celebratam nomine villam. Claudianus vero in *Manl. Theod. Consulat. p. 5. vers. 95. edit. Barth. breuiat: In Latium spretis Academia migrat Athenis.* Et ad hoc dubium MICYLLUS lib. II. de re met. Prolem. HISPANIOLUS de *Licent. Vet. Poet. p. 180. BECM. de Cauf. LL. p. 149. VOSSIUS in Etym. & HOFMANNUS in Lexico Uniuers.*

Profodē ratio-

simbha-



Hi tamen omnes in re ipsa optime conveniunt, ut adeo illi hic attendendi non sint, qui vocabulo alias atque alias origines quaerunt; & vel Cadmo eas tribuunt, literarum, ut creditur, inventori:

(d) vel
vers. Omnes eodem modo respondent, e diversa scribendi ratione id ortum esse existimantes. Neque sentire vel ego aliter possum, modo, apud quos per εἰ Ἀκαδημία legatur, constat. *Vossius Aristophanem* nominat; sed nominat, non enim locum addit, in quo hoc ipsum habetur. Quod etiam *Hofmannus* negligit, qui ejus hic premit vestigia. Ego in ARISTOPHANE nihil invenio, dubito, an invenerint illi. Locus enim in *Nub. p. 110. edit. Frob. 1547. fol. minus* huc pertinet; cum Ἀκαδημία ibi legatur, & eodem plane modo apud *Scholiam*. SVLDAM vero recte HOFMANNUS d. l. citat, dum Ἀκαδημειον οὐδετέρως scribi indicat, uti mox diximus in pag. praecedenti. Quod idem, ante eum STEPHANUS d. l. aliquoties repetit: Ἐκαδημία, ἢ Ἀκαδημία ἀπὸ Ἀκαδημίου. & hoc ipsum melius fieri, licet infrequentius, ad analogiam, τοῦ Ἀχιλίου, Ἀπολλωνίου, monet. DAUSQUIUS lib. supra citato. *Vossii*, vero cen-

furae *Bermannum* subjicio, quod addat. c. *Ad Ciceronem* quo d. attinet; is produxit, ut apud nos nunc solet φιλοσοφία, propter accentum Graecum. Sed comites, tamen ille Clariss. Viros habet, & Excellentissimum quidem in hac arte TAUBMANNUM in *Curcul. Plaut. A. 1. Sc. 1. v. 2.* quando ait: In Graecis nominibus non quantitatem, sed accentum spectabant: quia, ut etiam notat *Servius* in lib. de Accentibus, Latini eundem accentum quem Graeci habent, efferunt in Graecis nominibus. Sed vero, si *Servius* id de notulis & signis Grammaticorum intelligit, eodem errore ducitur. In ea enim haeresi persisto, Graecos, Seculis ante Christum Natum, non adscripsisse accentus. qui ergo imitari eos Tullius aliique aureae aetatis potuerunt. Quod paradoxon ante me Viri in omni literatura Clarissimi defenderunt; *Isaac. VOSSIUS* de Poematum cantu, & viribus Rhythmi p. 15. *Henr. Christoph. HENNINGIUS* in *ΕΛΛΗΝ. ΟΡΘ.* edit. *Trab. 1684. Job. Dan. MAJOR* de

Num-

rosodi
atio-

rshe



(d) vel ab , ἄκος & δῆμος, quasi medelam populi dicas; vel ἀγὴ τῶν δῆμων, ut congregatio familiarum sit, vel etiam ἀκή, cum hominum ibi ingenia acuuntur; vel denique παρὰ τὸ κάζειν ab ornando, seu lavando, juvenes nempe certos studiorum gradus adeptos, nomen deducunt, ingenii magis lusu, quam vero rei firmamento. (e)

II. Verum

Nummis Graece Inscript. Kiliae 1685. cui denuo addi DAUSQVIUS meretur p. 143. sq. de *Latinis Accentibus. l. c.* Quid vero de *Prudentio*, & aliis, qui seqvioribus temporibus vixerunt, Poetis hic sentiam, in *Dissertatione 1692. Vitembergae de Prudentio habita*, satis exposui.

Falsae originis, a Cadmo.

(d) Quid fabularum Graeci Scriptores de Cadmo suo, quem primum literarum, & omnium tandem humanitatis inventorem crediderunt, commentis passim fuerint; dicere nunc non est. Varia ipse de eo *Francisc. JUNIUS* affert, *lib. de Acad. c. l.* Illud saltem hoc loco in quaestione venit, an negligere tot fide dignissimos Scriptores debeamus, & novis Junii conjecturis inhaerere? qui, quod haecenus citati auctores *Academia* tribuunt, ipse *Cadmo* suo vendicare vult. Ita enim ex *καδμεία* sive *καδμεία*, Ἀκαδημία aut

Ἐκαδημία factum esse, existimat, Atticismo non adeo infrequenti. Cum prosthesis & in aliis vocibus ab iisdem sit facta, qui pro, *στάχυς*, ἀσταχυς, pro *σταφίς*, ἀσταφίς dixerunt; uti videre apud *SCHMIDIUM* est, *Tractatu de Dialectis Graecorum, c. 1. n. 25. p. 13.* Confer. *BECMANNUS de Orig. LL. p. 152.* Verum laudati haecenus auctores, & mira eorum hic harmonia, majorem longe apud me fidem merentur; quam ut a sua sententia, ad novi hominis conjecturas transcendendum esse existimem.

(e) Ne vel hic lectori desimus, in leves etiam auctorum allusionculas inquirere, non pigebit. *BECMANNI* vero miror, quae *pag. 149.* habet *l. c. Academia*, ab ἄκος & δῆμος: quasi medela publica sive populi. Aliis dicitur quasi ἀγὴ ἢ ἀγωγὴ τῶν δῆμων, ut sit congregatio aut conventus tribunalium, & familiarum.

§. II. Verum quis heros ille Academicus fuerit, nemo Historicorum praeter Plutarchum definit.

familiarum. Quod ipsum GIESENIUS quoque monet Tractatu de Jure & Regimine Academicarum Disput. II. §. 11. pag. 19. Plerique opinantur Academiam dictam esse, quod sit ἀκος τοῦ δήμου remedium populi, seu publica medicina adversus ignorantiam. Quam in sententiam & MIDDENDORPIUM lib. I. de Acad. p. 3. Matth. STEPHANUM lib. 3. de Jurisd. part. 2. de Acad. cap. 1. n. 14. LANSIUM de Academ. lit. D. adducit bene tamen addit: Explicatio conveniens est, si modo ipsa vocis derivatio. hanc vero falsam esse mox convincemus. Quibus non meliores alii sunt apud HOFMANNUM in Lexic. Univers. Tom. I. sub h. v. qui ad, ἀκή acies, & δῆμος, populus alludunt; eo, quod in Academia hominum ingenia acuerentur. At ultimi patrocini-um apud HESYCHIUM se invenisse arbitrantur, qui ita ait, l. c. Ἀκαδημία, λουτρόν, ἢ πώλις. hinc STEPHANUS in Thesaurus sub h. v. edit. Paris. 1543. Academia, verti potest lavacrum, aut civitas. & in haec verba FORI quoque ROMANI auctor jurat sub h. v. ALSTEDIUS

Ab, ἀκή.

A, κἀζεν.

Hic

item in Cursus Philos. Encyclopaedia lib. XIX. c. II. p. 2680. edit. Herborn. Nassov. 1620. Ἀκαδημία, qui civitatem interpretantur, velut ἀγῆ τῶν δῆμων collectum populum dixerunt. Qui lavacrum, ἢ παρὰ τὸ κἀζεν, quod est ornare. Verum HESYCHIUS d. l. de variis ac diversis Academiae locis ac partibus loquitur, non de ejus, ut putant, origine; quam ipse ἀπὸ Ἀκαδημίου ἀναθέντος deducit. Cum enim haec villa Ceramicū, Gymnasium, Lavacrum, & defunctorum tumulos ambitu suo terminaret; venit, ut in universum omnia haec loca idem nominis tulerint, quod infra patebit apertius. Reliqua per se cadunt: rarius enim ejusmodi vocabulorum lusus cum historiae veritate consentiunt. hic eo magis rejiciendi; quo graviores scriptores contrarium tenent; quoque res ipsa probabilior est; ut, quemadmodum a Ceramo Ceramicus, sic Academia ab Academo dicta sit. Accedit, quod villa hoc nomen diu ante habuerit, quam medela populi, aut acies ingenii fieret, atque in illa docerent Philosophi.

Hesychius explicatus.

B

(f) Ver-

Hic enim in Theseo in ejus vitam inquiri, sibi ta-
 men ipse non ubiqve constans. Nam ejus du-
 plicem sententiam profert. alteram illorum, qui
 Helenam a Theseo raptam Aphidnis abdi Acade-
 mum prodidisse existimant, proptereaq; tantā esse
 apud quemvis famam promeritum: (f) eorum
 alteram, qui cum Dicaearcho eo inclinant, ac si
 Echemus cum Maratho Tyndaridas in eandem
 regionem, ex Arcadia bellum esset seqvutus; sub
 iisdemqve pugnans feliciter, eam sui nominis
 consequutus esset celebritatem; (g) ut vivus a
 suis sit inter Deos relatus. (h)

§. III. Illud

Acade-
 mus quis. (f) Verba PLUTARCHI,
 gravissimi Historici, haec sunt,
 p. 15. in Theseo, D. φράζει δὲ αὐ-
 τοῖς Ἀκάδημος, ἡσθημένος, ὡς δὴ
 τινὶ τρόπῳ, τὴν ἐν Ἀφιδναῖς κρύ-
 ψιν αὐτῆς. Verum aperit eis A-
 cademus, haud scio qua ratione o-
 doratus, Aphidnis Helenam a
 Theseo raptam abdi. Quod i-
 dem Lud. VIVES repetit eru-
 ditissimis in Augustin. de Civitat.
 DEI animadversionibus lib.
 VIII. c. XII. p. 766. Fuit Academus
 Vir, qui Tyndaridis indicavit Hele-
 nam a Theseo raptam Aphidnis oc-
 cultari. Eandem rem ZWIN-
 GERUS in Theatr. vitae hum. p.

153. 3295. 3355. 3663. paulo copio-
 sius recenset.

(g) E Dicaearcho vero haec *Alia de*
 affert PLUTARCHUS l. c. *Academo*
 Οὗ δὲ Δικαίαρχος, Ἐχέμου Φησὶ *Sententia*
 καὶ Μαράθου συστρατευσάντων
 τότε τοῖς Τυνδαρίδαις ἐξ Ἀρκα-
 δίας, ἀφ' οὗ μὲν Ἐχέδημίαν προ-
 σαγορευθῆναι, τὴν νῦν Ἀκαδημίαν.
 Dicaearchus vero tradit, quum E-
 chemus & Marathus Tyndaridas
 ex Arcadia essent ad bellum illud
 seqvuti, nomen ab illo quaesivisse E-
 chedemiam, quae nunc Academia.
 vid. etiam quae habet *Vives l. c.*

(h) Quantos vero quamqve *Honores*
 magnos *Academa honores Academo*
 sint *habiti.*

§. III. Illud quoque hic moneo, Academum ante Gymnasium in hac villa habuisse, scholam enim literariam, cum Middendorpio non dico, (i) quam illa pervenerit ad Platonem. Et hoc

in-
sint habiti, idem *PLU-
TARCH.* l. c. monet: ὅθεν ἐκεί-
νω τε τιμαὶ γίνονται παρὰ τῶν Τυν-
δαριδῶν ἐγένοντο, καὶ πολλάκις
ὑστερον ἐμβάλλοντες εἰς τὴν Ἀτ-
τικὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ πάντων
ὁμοῦ τὴν χώραν τέμνοντες, τῆς
Ἀκαδημίας ἀπέχοντο, διὰ τὸν
Ἀκάδημον. Unde illi honores vi-
ro habiti sunt a Tyndaridis; tum
Lacedaemonii, qui saepius postmo-
dum incurfaverunt Atticam, uni-
versosque fines perpopulati sunt,
Academia abstinuerunt, *Academi
causa.* Nec minora de eodem
Eupolis in *Astrateutis* habet lib. III.
ap. *LAERTIUM* segm. VII. p. 169.
qui ubi de Academio agit, sub-
jungit: καὶ δὲ καὶ Ἐυπόλις ἀστ-
ρατεύτοις φησὶν. Ἐν εὐσκίοις
δρόμοισιν Ἀκαδέμου θεοῦ. Sicut &
Eupolis in *Astrateutis* (hoc est, ut
ALDOBRANDINUS in *Laer-
tium* monet, in immunibus a mi-
litia; cujus epigrammatis men-
tio quoque plus simplici vice
ap. *Athenaeum* fit,) dicit: In
ambulacris Academi umbrosis
Dei. Quorsum & *SCHO-*

LIATAE verba facere apud
Aristophanem videntur. Qui,
quod oleis Deo dicatis circum-
septa undique Academia fue-
rit, in *Nubib.* p. 110. innuit: περὶ
αὐτὸν δ' ἦσαν αἱ ὄντως ἱεροὶ ἐλοῦσαι
τοῦ θεοῦ. Quibus sua etiam
VIVES addit, l. c. Quo circa *A-
cademo* honor & vivo a *Casto-
re* ac *Polluce* habitus est; mortuo a
posteris *Lacedaemoniis*. nam quo-
ties populabundi in *Atticum* agrum
sunt ingressi, semper ab *Academia*
abstinuerunt, *Academi causa.*

(i) Satis audacter *MID- Middendorpii
DENDORPIUS* lib. I. c. 1. de *Aca-
dem.* edit. Colon. 1602. *Academia error.
vero locus fuit, in quo scholam Eca-
demus instituerat.* Neque vero
vel sic errasse *Middendorpium*
crederem, cum quo significa-
tu vox adhibeatur quandoque,
Josepb. SCALIGER doceat in
Epist. ad R. D. *Schola erat pro- Schola o-
prie corpus militum, quod ad caput lim quid.
certum referebatur.* Et *G. PAN-
CIROL.* in *Thes. Var. lect.* lib. II.
c. 188. Quocirca recte *GIESE-
NIUS* *Disp. II. de Academ.* S. 7.

B 2

Mitt-

inde colligo, quando non literis, sed fortitudine, sed militari inter suos prudentia eminuisse fertur Academicus. Quam conjecturam meam Tullius quoque firmat, qui multis ante seculis Gymnasia corporibus exercendis inventa fuisse vult, quam in iis disputarint Philosophi. (1) Quid? quod

Multitudo major sub uno militarium Schola vocabatur. Sed vero ludum literariam Middendorp. hic intelligere, sequentia, quae addit, indicant. Horatii enim versum laudat, de Schola Platonica assumendum: Atque inter Sylvas Ecademi quaerere verum. De cuius frivola quorundam interpretum expositione inferius agemus. illud nunc demonstraturi solum; nihil literarum ante Platonem auditum in villa fuisse.

Academia (1) Cum enim tot testimonio-
ante Pla- niis veterum, iisque probatis-
tonem - simis ostensum haecenus fue-
Gymnasti- rit; Academicum heroem ar-
um mili- mis multum potuisse: quod
tare. excoluerit has artes in villa hac
ratio ab sua, cum veritate admodum
Academo. consentire existimo. Hoc
vero factum tum temporis esse
Vocis si- non vocabula indicant solum,
gnificatu. Gymnasium, Schola, & Palaestra
singula ab artibus militaribus
ad otia literarum translata. de

quibus LUCIANUS Tom. I. de Gymnastiis p. 703. edit. Basil. 1563. & inter recentiores J. C. SCALIGER lib. I. Poet. cap. XXII. p. 83. P. FABER in Agonisticis libris. MERCURIALIS libro de re Gymnastica. ac VOSSIUS de Gymnastica aliique ex instituto egerunt: sed res eo manifestior est, quo locus CICERONIS illustrior. ita vero TULLIUS lib. II. de Orat. p. 350. edit. Steph. Crassum loquentem inducit: Omnia ista ego alio modo Testimo-
interpretor, qui primum palaestram nio Tullii.
& sedes & porticus, etiam ipsos
Catule Graecos exercitationis cau-
sa, non disputationis invenisse arbi-
tror. Nam & seculis multis ante
Gymnasia inventa sunt, quam in
his Philosophi garrere coeperunt.
Addit MANUTIUS in Epist. Fam. Cic. libr. IV. Epist. XII. p. 212. Tom. I. edit. Graev. 1677. postea placuerunt ea loca Philosophis, in quibus, de quo vellent scientiae genere, disputarent.

& Aristophanis Scholiastes, jam a nobis aliquo-
ties laudatus, idem etiam de Academia dicere vi-
detur. (m)

§. IV. Sed de Academo haecenus; nunc,
quo jure villa ad Platonem pervenerit, videamus,
restat. Hic enim, cum plures annos Socratem
Athenis in patria audivisset, in Italiam tandem ad
Pythagoricos, atque ad Prophetas in Aegyptum
& alio se contulit, studiorum causa. Sive quod
ei Socrates non sufficeret in omnibus, ut Fabius
existimat, sive, ut Apulejus vult, quod praema-
tura is morte praeveniretur. (n)

Aristo-
phanis
Scholia-
stae.

(m) Idem hoc, ut Academiae applicem, SCHOLIASTAE Aristophanis me movet auctoritas. qui dum villae hujus mutationes, ac vicissitudines, quas diversis subiit temporibus curate distingvit; Gymnasium ante Academi herois fuisse scribit, quam ambulacrum fieret Philosophorum. Addam verba ejus, quae p. 110. habentur in Nubibus: Ἀκαδημία ἐνταῦθα γὰρ διέτριβεν οἱ φιλόσοφοι. ἦν γὰρ καὶ γυμνάσιον ἀπὸ Ἐκαδήμου τινὸς καταλείψαντος τὴν κλῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου.

Ex

(n) Operae hic pretium foret, de Vita Platonis aliquantum differere, sed cum angustioribus haec ipsa terminis includi commode non possint; satis erit, ad quosdam auctores lectorem remittere. Legi vero hic prae aliis LAERTIUS lib. III. de Vitis Phil. cum Casauboni, Aldobrandini & Menagii notis; & APULEJUS Platonius lib. I. de Philos. naturali. merentur. Quorum uterque tamen uno vitulo arasse, ob mirum consensum, quem servat, Isaaco CASaubono segm. I. in Diogenem videtur. Quibus AUGUSTINUM. addi velim libro de

B 3

de Civitate Dei, ubi prae omnibus Philosophis S. Pater Platonem non aestimat solum; sed, quam proxime in rebus divinis ad veram Dei notitiã accesserit, peregrie quoque ostendit. Quod si quis eruditissimas VIVIS & COQVEI in eundem animadversiones addiderit, laboris ei fructum longe uberrimum promittimus. Neque etiam praetereundi hic recentiores sunt; Quos inter *Phil. MELANCHTON*, cujus oratio de Platone habita in *Orat. select. 1541. editis pag. 261. extat. Christ. MYLAEUS lib. V. de Rerum Universitate*, qui est de claris & eruditissimis Vitis. hunc cum *Marfil. FICINO de Vita Platonis*, *M. HOPPERUS* imprimis commendat, praefat. Operib. Plat. ab ipso praemissa. In *VOSSII* vero libro, quem de *Seclis Philosophorum* scripsit, velim illud notes; *Continuationem & Supplementa*, quae editioni *Lipsiensi 1690.* accessere, *Clar. THOMASII* esse, non ejus quem prae se ferunt, auctoris. A cujus Excellentissimo Filio, magno Academiae hujus Lumine, quid expectare cum erudito Orbe in simili argumento possumus, historia ejus Philosophica, quam promisit nuperrime, copiosius

docebit. Videbis tamen in singulis his & parentes, & natales, & institutionem, profectus item, ceteraque Platonis singularia plane & ultra communem mortalium sortem fuisse. Genus enim ejus a Neptuno & Solone petunt, & matre jam partui proxima Apollinem quid addidisse foetui, publicis scriptis testantur auctores. Socratis quoque somnium, quo sibi cygni pullum ex altari, in Academia Cupidini consecrato, volasse, & in ejus confedissem gremio est visus: mox caelum petiisse eundem pullum, suavissimo canore hominum Deorumque aures multentem, mirum illi in modum extollunt. Cum enim id in hominum conventu Socrates referret, Aristo Platonem filium ei instituendum tradidit. Quem cum aspexisset Socrates; hic, inquit, ille erat de Academia Cupidinis Cygnus. Mox vero cum annis praeter digniores disciplinas, in omni artium genere ita profecit Plato, ut in palaestra etiam, picturis, tragicædis, dithyrambis, carminibus, aliisque nulli esset secundus. Quare duos Apollinis esse filios Graeci arbitrati sunt. quorum alter Aesculapius

cor-

Ex his itaque itineribus Plato redux factus, non diu Athenis in urbe vixit; sed studiis suis otium ac secessionem quaesivit atque in villa Academica invenit tandem. quem agrum ter mille drachmis, quae nostri aeris ducentis & septuaginta quinque imperialibus valent, sibi ac suis redemit. (o)

corporibus mederetur; alter, Plato animis curandis natus esset. Versus, si audire juvat, hi sunt:

ἄοιβος ἔφουσε βροτοῖς ἀσκληπιόν,
ἠδὲ πλάτωνα,
τὸν μὲν ἵνα ψηχὴν, τὸ δ' ἵνα
σῶμα σάοι.

Et alia complura apud citatos auctores invenies; quae, quantum in toto orbe Philosophus fuerit, aperte satis loquuntur.

Itinera Platonis, quae causa is itinera susceperit, dicendum nunc est.

qua causa suscepta. QUINILIANUS lib. I. c. XII. p.

59. edit. Par. hanc reddit, probabilem admodum, si ingenium Platonis, ad quaevis magna nati, spectes. Ita vero ille: Denique cur in his omnibus, quae discenda oratori futuro puto, eminuit Plato? qui non contentus disciplinis, quas praestare poterant Athenae: non Pythagoreorum, ad quos in Italiam navigaverat: Aegypti quoque sacerdotes adiit, atque eorum arcana perdidicit.

318

S. V. Qvan-

APULEJUS vero aliam peregrinandi occasionem fuisse vult, quam p. 2. l. c. hunc in modum exponit: Sed postea quam Socrates homines reliquit, quaesivit unde proficeret Plato, & ad Pythagorae disciplinam se contulit. tum ad Theodorum Cyrenas, ut Geometriam disceret, est profectus: & Astrologiam usque Aegyptum ivit petitum, ut inde Prophetarum etiam ritus addisceret. Atque ad Indos, & Magos intendisset animum. nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica. Uterque tamen verus est, si illum causam exposuisse; hunc occasionem dicamus. Ceterum de peregrinatione Platonis legendus quoque Aen. GAZAEUS est p. 12. & BARTH. p. 91. in eum, qui etiam illustrem locum ex LACTANTIUS lib. IV. c. II. addit. quibus GROTIUS jungatur de V. R. CH. lib. I. ubi quid Philophi, e Mose hauserint, ac quid Plato in primis scriptis pluribus peregregie ostendit. (o) De

§. V. Quantus quantus igitur Plato tum erat, in hac monstrabat villa sua. Quicquid enim tot itineribus, vigiliis tot, tantis item tamq; diversis doctoribus ac arbitris literarum, in omni tunc orbe celeberrimis debebat, id omne, ceu magnum Apollinis oraculum proposuit hic suis, stuporem ac admirationem mox omnium promeritus. Ad quem undiquaque confluebant Philosophi, nulli victoriae laudem in artibus tribuentes, nisi qui laurum e nemore hoc Platonis Academico reportasset. (p)

§. VI. Ad

Platonis ab itinere adventus. (o) De adventu ejus mox ita LAERTIUS, lib. III. Segm. VII. p. 169. inquit: ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας, διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. Reversus vero Athenas in Academia commorabatur. Quanti vero emerit Plato hanc villam suam, PLUTARCH. de Exil. p. 603. indicat, illorum enim sententiam exprobraturus, qui solitariam vitam minus beatam judicent, Platonis exemplo utitur, quod is secessionem e Republ. tanto pretio redemerit, inquit; ἢ δὲ Ἀκαδημία, ἑξήκοντα δραχμῶν χωρίδιον ἑωνημένον. Academia vero ter mille drachmis emtus agellus. Quarum in nostris monetis quaelibet octava solidi

unius pars est. ut docent rei nummariae scriptores; ALCIATUS, BUDAEUS, MELANCHTON qui uno volumine Hagonoae 1530. prodierunt. Plures tamen qui vult Melch. GOLDASTI Catholicum Rei Monetae consulat, quod Francofurti prodiit 1620. ubi omnes rei nummariae, veteris aequae ac novae scriptores suo ordine recensentur. Cui tamen & addi Libellus de Mensuris potest, qui inter GOESII Rei Agrariae scriptores p. 320. extat, opusculum ex variis auctoribus collectum.

(p) Cum nemini dubium Celebritas esse possit; quin prae reliquis Academiae Atheniensium Gymnasii, haec

§. VI. Ad tantam vero Academiae Platonicae frequentiam, celebritatemque, incredibilis plane docentium industria & alacritas, non parum contulit. Ita enim vel unum diem, quem

haec omnium Musarum instructissima officina, maximam semper inter eruditos habuerit celebritatem; parcendum ego testimonia hic esse, arbitror. Non frustra enim Tullius, nec levia scribit; suo adhuc tempore, de villa hac *lib. IV. Epist. Fam. XII. sub fin. p. 216.* magnifice ac splendide sentiens: *Nos in nobilissimo Orbis terrarum gymnasio Academiae, locum delegimus.* cum tamen, eodem teste, multum a pristina, quam sub Platone habuerat, facie amisset. idem etiam *lib. V. de Finib. p. 248.* Pisonem inducit, hac celebrantem oratione *Academiae*: Naturane nobis hoc datum dicam, an errore quodam, ut, cum ea loca videamus, in quibus memoria dignos viros acceperimus multos esse versatos, magis moveamur, quam, si quando eorum aut facta audiamus, aut scriptum aliquid legamus? velut ego nunc moveor: venit enim mihi Platonis in mentem: quem accepimus primum hic disputare solitum. Cujus etiam illi hortuli propinqui non memoriam solum mihi asserunt, sed ipsum

Xe-
videntur in conspectu meo hic ponere. Hic Speusippus, hic Xenocrates, hic ejus auditor Polemo cujus ipsa illa sessio fuit, quam videmus. Frequentissimum autem eundem locum bonarum artium cultoribus semper fuisse, exinde patet; quod comicorum censura, qua Philosophos, homines illis admodum invisos, ut probe *CASALIBON. in not. ad lib. Deipnos. XVIII. p. 75. Athen.* advertit, perstringebant quotidie, ea erat potissimum, quod tot illi ad se juvenes traherent. Eadem enim & *Epicrates Academiae* attingit apud *ATHENAEUM l. c. Παναθηναίσις γὰρ ἰδὼν ἀγέλην μερακίων ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημίας.* *Panathenaeis enim in Academiae Gymnasio adolescentulorum gregem conspexi.* Clarius *CICERO lib. V. de Finibus p. 251.* Ab his Oratores, ab his Imperatores, ac rerum publicarum principes extiterunt. ut ad minora veniam, mathematici, poetae, musici, medici denique ex hac, tanquam ex omnium artium officina, profecti sunt.

Frequentia ejus.

C

(9) Ad

Xenocrates quotannis, aliis negotiis impeditus, neglexerat in docendo, ceu inusitatum quid Plutarchus notavit, gravissimus Scriptor. (q) Et Aelianus memorat, locum adeo sanctum ac ferium semper fuisse, ut vel risisse in eo, rem indignissimam judicarint Philosophi. (r)

§. VII. Quibus mira adhuc ejus opportunitas accessit, etiamnum breviter delineanda. Ab Athenis enim, oculo Graeciae, & communi sapientum domicilio, (s) sex villa stadiis aberat; (t) pla-

Mira A-
cademico-
rum In-
dustria.

(q) Adscriberem verba ejus, nisi Graeci characteres deficerent typographū. Habet vero ea *libr. de Exil. PLUTARCHUS p. 603. C.* quorum summa haec est: *Ἀκαδημία οἰκητήριον ἢ Πλάτωνος ἢ Ξενοκράτους ἢ Πολέμωνος, αὐτοῦσι σχολάζοντων τὸν ἅπαντα χρόνον. Πλὴν μίαν ἡμέραν ἐν ἣ Ἰενοκράτης καθ' ἑκάστον ἔτος εἰς αὐτὸν καθῆκε.* *Academia Platonis, Xenocratis, & Polemonis domicilium fuit, per totam in eo aetem disputantium; unica dempta die, quia Xenocrates quotannis in Astuivit.*

Locus
a risu a-
benus.

(r) *AELIANUS de his lib. III. c. XXXV. p. 229. agit, cujus haec sunt verba: percrebuit fama Attica, πρῶτον ἐν Ἀκαδημία μηδὲ γελάσαι ἔξουσίαν εἶναι.*

ante in Academia ne videndi quidem potestatem fuisse. ab injuria enim hunc locum, & ignavia longe alienissimum voluerunt Philosophi. Causam rei, quae idem & alii ex Romanis, Judaeis, ac Christianis, in aedibus sacris prohibuerint, apud *KUHNIIUM* vide in *b. l.* ubi ex *EPICTETO, VARRONE, RABBINIS, ac NAZIANZENO* plura pererudite addit. Et ejusmodi quid in *SCALIGERIANIS* p. 43. observabis, sub voce *Beelzebub.*

(s) Moveor ego his describendis, benevole lector, nullus dubitans, quin & ipse mecum moveare. Mihi equidem temperare a lachrymis vix possum, dum tanta, vel Atticae solius miracula, temporum injuria de-

Athena-
rum elo-
gia.

plagam versus septemtrionalem, (u) a porticu, quam Dipylon dicebant sua Lingva Hellenistae. Cuius etiam ex urbe via longe amoenissima erat,

deperdita jam pridem esse mecum cogito. Nam quantis e-logiis in ea Athenae ornantur, omni scriptorum generi celebratissimae! quas STRABO οἰκητήριον σοφῶν, sapientum domicilium, ARISTIDES σοφίας πρυτανεῖον sapientiae Prytaneum, παιδευσιν ἐλλάδος Graeciae scholam THUCYDIDES appellat. Imo DIODORO SICULO κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον, communis omnium hominum ludus literarius, ATHENAEΟ ἐλλάδος ἑλλάδος, Graeciae Graecia, DEMOSTHENI vero ψυχὴ, ἢ ἥλιος, ἢ ὀφθαλμὸς ἐλλάδος anima & sol, & oculus Graeciae dicuntur. Quae tamen praeconia superasse adhuc multo Hebraeus quidam scriptor HEIDMANNO c. IX. §. 128, 129. in Europa, p. 255. videtur, cui & nos haec debemus. Ita vero ille PHILONEM dicere existimat: quod pupilla in oculo, hoc in Graecia Athenae. Ἔ, quod mens in animo, hoc in Graecia Athenae.

tot
(t) Academiam vero ab A-Academienis, tanta urbe, quam proximae abesse PAUSANIAS in Athenis Attica p. 54. docet: ἐγγυτάτω distantia. δὲ ἀκαδημία. Romul. AMAEUS in versione; non longe a muris Academia est. Curatius vero expressiusque CICERO lib. V. de Finibus p. 148. Constituimus, inquit, inter nos, ut ambulationem postmeridianam conficere-mus in Academia. inde vario sermone sex illa a Dipylo, Athenarum porticu, stadia confecimus. cum venisimus in Academiam.

(u) Ita VELIUS Cl. V. in Sibus Septemtrionem versus. mappa sua, ubi Atticam delineavit, apud HONDIUM in Atlante majori 1630. edito, habet. neque est, cur ab eo hic discedamus. Cum enim ipsa Urbs Sinum Saronicum a meridie respiciat; orientem item ac occidentem versus Ilisso ac Cephisso fluviis cingatur: sola septemtrionalis plaga restat, quam Gymnasiis, & nemori huic Academico aliisque heroum tumultis vindicare possumus.

C 2

(x) Lon-

tot tumulis heroum , & eruditissimorum ho-
 minum mirifice decorata. hinc enim Mausolea
 lucebant , hinc marmora splendebant Pyrami-
 dum , quae ceu mundi miracula, altissimorum
 montium instar omnium magnificentissime sur-
 gebant. (x) In his legere deambulantes res pace
 belloque laudabiliter gestas, multis cum deliciis
 poterant, plerasque etiam vivis coloribus artifi-
 ciosissime depictas observare. Quae omnia
 ad similes virtutes spectantes facile invitabant,
 (y)

*Sepulchra in via A-
 cademica.* (x) Longum foret PAUSA-
 NIAE locum huc integrum
 transcribere. Ita enim in via,
 quae ad Academiam ducit,
 Thrasybuli, Periclis, Chabriae,
 Phormionis, Leargi, Sophan-
 nis, Clisthenis, Melesandri,
 Cimonis, Timothei, Zenonis,
 Ephialtis, Lycurgi & plurium
 aliorum ducum ac imperato-
 rum, qui in diversis praeliis ac
 certaminibus pro patria mor-
 tui sunt, tumulos ac monu-
 menta fuisse, omnium copio-
 sissime docet, *lib. I. qui est de
 Attica. p. 54. 55. 56.* Id quod &
 omnes, scriptores cum eo asse-
 runt, in eo diversi solum, quod
 hi Ceramico assignent, quae

§. VIII. Ex
 ille tribuit Academiae. Hoc
 vero quomodo conciliandum
 cum utrisque sit, mox infra
 demonstrabimus.

(y) Idem ejusdem auctor
 PAUSANIAS est, l. c. Nam &
 praelia, & duella, certamina-
 que alia, victorias item, atque
 triumphos in pilis tumulorum
 ab excellentissimis artificibus
 picta sculptaque fuisse, uberrime
 dissertat. Resque gestas ac
 nomina in monumentis sin-
 gulis descripta legi potuisse, pa-
 riter docet. Quorum omnium fi-
 ne uno verbo exprimit *διὰ τὸ πα-
 γαδίαν*, propter virtutis nem-
 pe memoriam, posteris quo-
 que commendandam.

*Rerum ge-
 starum
 monu-
 menta.*

(z) Duo



§. VIII. Ex his vero non levis inter eruditos controversia oritur. cum enim huic tumulorum ornatum Pausanias, cum aliis quibusdam, Academiae, & viae, quae ducit ab urbe ad illam, tribuat; alii contra eundem Ceramico vindicent: haeserunt haecenus critici, dubii admodum, quo haec modo inter se conciliarent (2) Cl. Meursius,

Ceramici duo.

(2) Duo erant Atticae loca, quae Ceramici nomine insigniebantur: unus intra urbem, alter extra eam, ita HARPOCRATION sub h. v. Δύο εἰσι κεραμικοί, ὁ μὲν ἔνδον ἐν τῇ πόλει, ὁ δὲ ἕτερος ἔξω τῆς πόλεως. cum quo & HESYCHIUS, ac SVIDAS faciunt, in vocibus iisdem. In illo vero, qui intra urbem erat, prostibula quae stum e corporibus quaerebant, quorum etiam nomina ac imagines, cum amatoribus suis in parietibus depictae, legebantur. id quod LUCIANUS Tom. IV. in dialogo Meliss. & Bacch. p. 392. 393. edit. Cognati & Sambuci Basil. 1563. docet; Melissam inducens, quae de amatoris sui ira conqueritur, quod eam nec aspexisset quidem: his solum verbis dimittens: ἀποδοὶ πρὸς τὰ τῶν τοίχων γεγραμμένα

Intra urbem.

ἐν τῷ κεραμικῷ ἀνάγνωθι, ὅπου κατεστηλίτευται ὑμῶν τὰ ὀνόματα. ubi ad ea, quae in parietibus in Ceramico scripta sunt, lege, ubi nomina vestra columnis incisa sunt, Sed hic intra urbem Ceramicus fuit; quia in re Aristophanis fallitur SCHOLIASTES idem de Ceramico extra urbem affirmans, quod Cl. MEURSIUS l. c. animadvertit. Ad hunc vero Ceramicum extra Urbem situm quod attinet: sepultos ibi principes Atheniensium ac heroes fuisse, omnes uno ore testantur. HARPOCRATION, l. supra c. ἐνθα καὶ ἐν πολέμῳ τελευτήσαντες ἔθαπτον δημοσίᾳ καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. & iisdem plane verbis idem SVIDAS asserit, sic Aristophanis notatus SCHOLIASTES in Avib. p. 344. ait. οἱ ἐν τῷ πολέμῳ ἀναρούμενοι ἐν τῷ κεραμικῷ ἔθαπτον. C 3

Extra eam.

rum ge-
ram
nu-
nta.

fius, Vir ad Graecas antiquitates evolvendas na-
 tus plane, ita sibi nodum solvisse videtur; si dice-
 ret, Academiam & Ceramicum unum idemque
 esse, Hesychii, & Harpocratonis nixus assertis.
 sed vero ita Pausaniae contradicit, Luciano item
 & pluribus aliis, quos in animadversionibus no-
 minabo, qui omnes unum locum ab altero ac-
 curatissime distinguunt. Meo igitur iudicio si
 utar; in eodem equidem, quo Academica villa
 floruit, & Ceramicum nemore fuisse existimo;
 utriusque tamen aedes diversas diversaque loca tri-
 buo. Sed quando integrum hoc nemus Pla-
 tonicum uno saepius Academiae nomine infi-
 gniebatur, ut supra jam diximus, fieri potuit fa-
 cile; ut & Ceramicus, a nemoris potissima parte,
 Academia diceretur, & haec confunderetur cum
 illa. (aa)

§. IX.

τὸν το. & quae erudite subjun-
 git de monumentis & elegiis
 in lapides incisus, eodem ferme,
 quo Pausanias de Academia
 differuit, modo. Verba adscri-
 beremus; sed parcendum de-
 nuo literis Graecis est, quarum
 penuria laborat typographus.
 Plura tamen apud MEUR-
 SIUM vide, libro de Populis At-
 ticae p. 44. edit. Elzer. 1616. Sed
 quorsum tandem haec omnia
 dices? age igitur, & quomodo

concilianda haec loca cum Pau-
 sania, & Academica villa sint,
 accipe.

(aa) Satis equidem auda- Meursii
 eter MEURSIUS l. c. inquit; conjectu-
 ram nodum, Academia & Ce- ra.
 ramicus idem erant. Ita enim HE-
 SYCHIUS, l. saepius c. Ἀκαδημία,
 ἢ Ἰόπος καλεῖται γὰρ οὕτως ὁ κε-
 ραμεικός. cui, ni fallor, HAR-
 POCRATIONEM jungit, qui
 ejusdem fere sententiae esse
 p. 11.



Cerami-
cus ab A-
cademia
diversus.

p. II. videtur. At vero loca di-
versissima Academiae & Ce-
ramici esse, pluribus nunc da-
bo demonstratum. Equidem
PAUSANIA teste hic eo fi-
dentiùs utor, quo is Atticam
omnium accuratissime descri-
psit, plenius & curatius ac re-
liqui. Hic vero Ceramicum
iis cum circumstantiis p. 2. & 3.
mox ab initio Atticae describit;
ut quantum ab Academia lo-
cus discrepet vel ex eo solo per-
spici facile possit. Neque
MEURSII auctoritae moveor;
qui Pausaniam de Ceramico
intra urbem loqui existimat.
illud enim hactenus persuade-
re mihi non potui, quippe
qui Ceramicum χωρίδιον, AMA-
SAEUS in versione viam urbis,
vocat. & in loco proxime an-
tecedenti p. 2. idem dicit: *ἡ δὲ εἰς τὴν ἀπὸ τῶν πυλῶν εἰς τὸν
κεραμικόν, a porta ad Ceramicum*
porticus aliquae sunt. Quae o-
mnia minus apte de loco in-
tra urbem sito, assumerentur.
Imo si seriem auctoris specta-
mus, in describenda nondum
ipsa urbe, sed viis ad illam
ducentibus, villis item ac facel-
lis occupatur. Quare alia com-
modior auctori quaerenda ex-
plicatio est. Mihi quid vide-
atur de re, breviter edissero.

Ceramicum enim in principio *Quomo-
viae illius, quae ad Academi- do cera-
am ducit, urbem versus situm micus i-
fuisse existimo. quem mox dem cum
tumuli ac sepulturae heroum Academia
exceperint, ipsam Academiam sit.*
attingentes. Quam conje-
cturam meam certis nunc ra-
tionibus firmo. Nam Pausa-
nias a porta ad Ceramicum por-
ticus aliquot, *ἑκάς*, fuisse do-
cet, partim Diis, Deabusque
sacras, datas partim iudicibus
de quibus *Gvil. POSTELLUS libr.
de Magistr. Athen. c. XXV. p. 156.*
qui idem ad Ceramicum respi-
cit. hinc ab urbe non procul ab-
fuisse eundem colligo. Sed
vero, cum omnes hi tumuli
in praecedenti §. Academiae
vindicati, ab HARPOCRATIO-
NE, SCHOLLASTE Aristophanis,
HESTCHIO & SVIDA, quorum
modo verba adduximus, Cera-
mico tribuantur, Pausanias
quoque eundem ceu urbis vi-
am describat, a qua ipse mox ad
Academiam delineandam per-
git, sex illa a Dipylo stadia in
Academiam usque & ultro Ce-
ramici nomine venisse arbitror.
Id quod & ipse PLUTARCHUS
in Sylla testatur, qui Cerami-
cum a Dipylo porta situm fuis-
se, docet. Cum vero magis
magisque illustraretur a Plato-
ne

cursum
njectu-
a.

ne Academia, plures quoque
humari in ea, ob loci celebra-
tem vellent, ut ipse **TULLIUS**
Epistol. Famil. lib. IV. Epist. XII. p.
216. inquit: Nos in nobilissimo
Orbis terrarum Gymnasio Acade-
miae sepulturae locum delegi-
mus, ibique Marcellum nostrum
combustumus: posteaque curavi-
mus, ut iidem Athenienses in eo-
dem loco monumentum ei mar-
moreum faciendum locarent: inde
factum esse arbitror, quod exo-
lescere paulo Ceramici, atque
Academiae nobilius longe &
praeclarius nomen in usu esse
coeperit. Sed vellicare HESY-
CHIUM hic aurem dices? imo
recte vellicat. Ille enim quam
lata Academiae vox Graecis
hominibus fuerit, omnium cla-
risimè l.c. ostendit: Ἀκαδημία,
λουτρὸν, ἢ πόλις. λέγεται δὲ γυ-
μνάσιον Ἀθηνησιν ἀπὸ Ἀκαδη-
μου, ἢ τόπος, καλεῖται γὰρ οὐ-
An extra τῶς ὀ κεραμεικός. Ceterum an
urbem se- Gracci solum extra urbem se-
pulturae peliverint, affirmare non pos-
solum? sum. Legem quidem XII. TA-
BULARUM, de Solonis legi-
bus translatae Belgii sui de-
cus, Cl. GRAEVIUS Tom. I.
Epistol. Famil. Tullii L. XII. p. 216
affert: IN URBE NE SEPELI-
TO NEVE URITO. Id quod

& **CICERO** in eadem Epistola
monet, ita Sulpicio suo scri-
bens: *Ab Atheniensibus locum se-*
pulturae intra urbem, ut darent,
impetrare non potui, quod religione
se impediri dicerent: neque tamen
id antea cuiquam concesserant.
Quid? quod & ipse PAUSAN-
NIAS l. c. p. 25. dicit; Omnes
de patria bene meritos in via,
quae ad Academiam ducat, se-
pultos esse, praeter eos solum,
qui ad Marathonem ceciderint;
illis enim eodem, quo occu-
buerint, loco sepulchra ad vir-
tutis memoriam erecta esse.
Imo cum maximos quosque
heroes extra urbem sepultos
esse idem in Attica doceat, nul-
lius sepulchri intra urbem ere-
cti, facta mentione: quid ali-
ud sequitur exinde, quam,
supra memoratam hic de-
novo legem repetamus. Sed
vero THUCYDIDEM lib.
V. XENOPHONTEM lib. VII.
PLUTARCHUM in Themistocle ac
Pindari SCHOLIASTEM longe
aliud velle lib. II. apud KIRH-
MANNUM invenies, c. XXVII.
p. 198. de Funerib. Roman. Solem-
nem enim Graecorum ritum
fuisse, ut etiam intra urbem, &
in medio foro quandoque be-
ne meritos sepelirent, adducti
aucto-

§. IX. Peraeque eodem modo de loci salubritate controversantur auctores. Platonem enim admonitum saepe a Medicis fuisse, relinqueret Academiam, locum pestilentem, seque in Lyceum conferret, Aelianus scribit. Et Aeneas Gazaeus Platonem, ait, in loco insalubri propterea confedisse, ut sanitati detraheret plusculum, & cum sana mente robur permutaret: idem etiam Eustathio monente. Hinc Sancti Patres Hieronymus & Basilius id admodum contra temperantiae urgent violatores. Id quod Porphyrius, Bessarion, Rhodiginus, & recentiores plerique omnes in scriptis quoque moralibus diligenter juventuti inculcant. (bb) Sed imbecilla haec esse & parum virium habere, mox dabo demonstratum.

Academiae sepulchra ubi?

autores testantur. Quae quomodo concilianda inter se sint, Docti videant. Ceterum non in ipsa Academiae villa sepulchra fuisse, sed in agrorum extremitatibus, SICVLUS FLACCUS *de conditione agrorum* p. 4. DOLABELLA p. 296. LATINUS & MYSRONTIUS p. 254. & *Rei Agrariae LEGES* p. 347. & 267. monent; hac etiam addita p. 18. cautione: *Qui agri delubris, sepulchrisque publicis seruiunt, in eadem conditione esse debent, in qua ante fuerant.* Confer

D §. Hanc quae in haec loca WILHELM. GOESIUS, & NICOLAUS RIGALTIUS observant, libro de *Rei Agrariae Scripturis Amstelodami 1674.* edito. Igitur nec Plato prohibere quemvis sepeliendi iure in villa sua potuit, cum ea his usibus jam ante fuerit dicata.

(bb) Inter illos, quide Academiae insalubritate quaestio- *An Academia lo-* nem moverunt, primum AELI- *cus insa-* ANUM reperi, cujus lib. IX. c. X. *lubris?* *Hist. Var. p. 445. edit. Scheff. Argent.* 1685. verba haec sunt: Ο Πλά-

των

των νοσηρῶν χωρίου λεγομένου εἶναι
τῆς Ἀκαδημίας, καλοῦ συμβουλευόν-
των αὐτῶν ἰατρῶν εἰς τὸ Λύκειον με-
τοικῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν, εἰπὼν. ἀλλ'
ἔγωγε οὐκ ἂν οὐδὲ εἰς τὰ ἄκρα τὰ
τοῦ Ἀθῶ μετώκησα ἂν ὑπὲρ τοῦ
μακροβιωτέρου γενέσθαι. Plato
cum Academia diceretur locus esse
pestilens, & Medici consilium da-
rent, ut in Lyceum Scholam trans-
ferret, nequaquam obtemperavit,
dicens: Atqui ego producendae vi-
tae causa ne in Atho quidem, salu-
berrimo monte, summitatem
transigere velim. Quem sequi-
tur Aenas GAZAEUS in Theo-
phraστο p. 25. sub fin. ὁ δὲ Πλάτων,
ἢ ῥῶτο γὰρ, νοσῶδες χωρίον κατα-
λαβὼν, ἐνδιέτριβε καὶ ὑγείας τὸ
πλεον ἄφαρ ῥύμενος, καὶ σωφροσῆ-
νην τῆς ῥώμης ἀντικαταλασσόμε-
νος. Plato autem, valebat enim corpo-
ris viribus, in loco insalubri consedit,
& docuit, sanitati detrahens plus-
culum, & cum sana mente robur
commutans. Hanc in rem EU-
STATHIUM quoque KUH-
NIUS adducit in Odyss. K. cujus
tamen copia auctoris nunc no-
bis non datur. Ad Sanctos i-
gitur Patres pergimus, & HIE-
RONYMUM primo, qui lib.
II. advers. Jovinian. Tom. III. p. 35.
edit. Froben. 1516. ita ait: Platonici
& Stoici in templorum locis & por-
tibus versabantur; ut admoniti au-

gustioris habitandi sanctitate, nihil
aliud, quam de virtutibus cogita-
rent. Sed & ipse Plato, cum esset
dives, & thoros ejus Diogenes luta-
tis pedibus conculcavit, ut posset va-
care Philosophiae, elegit Academi-
am, villam ab urbe procul non solum
desertam, sed & pestilentem, ut cu-
ra & assiduitate morborum, libidinis
impetus frangeretur, discipuli que
sui nullam aliam sentirent volupta-
tem, nisi earum rerum, quas disce-
rent. Idem fere D. BASILIUS
Orat. ad nepot. de Legend. Libr.
Gentil. p. 150. edit. Colon. 1523. re-
fert: Ideo & Platonem dicunt, ni-
mis bonam corporis valetudinem
prospiciens, Academiam in loco
Attico pestilentem elegisse, ut nimi-
am corporis prosperitatem veluti
vitem palmitem luxuriantem, ampu-
taret. Quod repetit Cael. RHO-
DIGINUS lib. XXI. Lect. antiq.
c. X. p. 1160. edit. Francof. 1666. Ne-
que venit in mentem, Platonem,
quum corporis habitudine uteretur
minus prospera, quae veluti vitis lu-
xurians foret ressecanda, Academi-
am insalubrem Atticae locum dele-
gisse, quia quod redundans nimium-
que sentiebat, loci intemperie sup-
primeretur. Sic & Ludov. VIVES
in August. de Civitat. DEI. lib. VIII.
c. XII. p. 766. inquit: Academia vil-
la erat prope Athenas loco nemoroso
ac subpalustri, ac ideo insalubri.
Con-

§. X. Hanc enim praeposteram auctorum
 perversamque opinionem esse, nullo nos negotio
 convincemus. causas visuri primum, ob quas
 illi hunc locum pestilentem esse contendunt. ejus
 modi autem hae sunt, quæ nihil firmamenti, viri-
 um nihil aut ponderis habent; sed quibus aut sibi
 contradicunt ipsi, aut aliis scriptoribus fide dignis-
 simis, aut omni denique causae naturali temere
 adversantur. Nos a levioribus incipiemus, ad
 majora progressuri deinceps. Academicae igitur
 villae quavis aer, quæ coeli clementia fuerit, viden-
 dum ante omnia est; hanc vero ei cum Atticae to-
 tius, & Athenarum imprimis, communem fuisse,
 cum sex tantum stadiis abesset ab urbe, nisi propior
 causa obstet, neminem inficiari posse arbitror.
 Quod cum ita sit, uti nec esse aliter potest, nonne
 optimam ac saluberrimam aeris habebimus tem-
 periem? Ita enim Tullius tenue coelum Athenis
 tribuit, ex quo acutiores etiam Atticos esse, ac
 Thebanos, quibus crassum & densum sit, idem

D 2 existi

<p>Conferatur COQVE JUS p. 799. in eundem August. librum. qui PORPHYRIUM lib. de Ab- stinent animalium & BESSARIO- NEM lib. IV. c. 1. contra Calumni- at. citat. Quibus MIDDEN- DORPIUM adde lib. I. c. II. q.</p>	<p>7. de Academ. ZWINGERUM Volum. XXIII. pag. 4001. Theatr. CONRINGIUM in Antiquitat. Academ. dissert. 1. taceo vulgares, qui idem ex Lexicographis, & moralistis affirmant.</p>
--	---

(cc) Athe-

existimat. (cc) hinc Minervam in urbe Athenarum aedificanda loci salubritatem, aerisque subtilitatem, bonis ingeniis accommodatissimam, spectasse, Plato, Panaetius, Longinus, Origenes, Proculus, ac Porphyrius apud Zwingerum testantur. (dd) Hoc tamen, quo minus accommodari villae
Pla-

Academiae purus aer.

(cc) Athenas non solum, sed omnem Atticam quoque coeli mitissimam temperiem, habuisse, si miram Atticorum hominum elegantiam, ingeniorum subtilitatem & bonitatem, hinc inde a scriptoribus celebratam, intellexeris; facile dabis. cum enim totius Graeciae commune veluti museum Athenae essent, ut §. VII. lit. f. docuimus, non crassus & concretus aer, ubi etiam politiora ingenia hebescerent, loco conveniebat. Hinc CICERO Atticam subtilitatem, eloquentiam, & sales quoque Atticos non aestimat solum, sed etiam laudat & commendat; quae loca MANUTIUS collegit, Tom. I. Epist. Famil. lib. IV. Ep. IV. p. 188. 189. Sed isthuc nihil est opus; clarius enim TULLIUS in alio loco, libro de Fato p. 275. sub finem ait: *Inter locorum naturas, quantum intersit,*

videamus; alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis exsiccatos, atque aridos: multaque sunt alia quae inter locum & locum differunt. Athenis tenue coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis itaque pingves Thebani, & valentes. & idem lib. II. repetit de natura Deorum. cum quibus confer, quae STRABO lib. IX. & inter recentiores Ulbo EMMIUS Graeciae illustratae de Attica & Athenis habent.

(dd) Quantum aeris coeli-
que temperies ingeniis aut
conducat, aut damnum affe-
rat, medicorum filii cum Hip-
pocrate & Galeno suo judicent.
WEDELIUS aliquando hac de
re differit, dissertatione de Diaeta
Eruditorum. cui Nobil. Henr.
RANTZOVIVS c. IV. p. 14. de
conservanda valetudine, & Matth.
DRESSERUS lib. II. p. 49. de
causis salubribus, & aere imprimis,
aliique addantur. Veteres sa-
ne

Platonis, Academiae possit, Vivem obstare dices. Eius enim pestilentiae probabilem is reddere causam videtur, quippe qui locum subpalustrem, ac ideo insalubrem fuisse dicit, cum nemorosum ab auctoribus describi intelligeret. (ee) Sed fallitur

D 3 VIVES

ne huic rei plurimum tribuerunt, quod cum ZWINGERO *Theatri Volum. XXIII. lib. II. pag. 4000. ex Cael. R. HODIGINO lib. X. c. XX. huc transcribemus, verba autem haec sunt: Minerva in urbe Athenarum aedificanda loci salubritatem, aerisque subtilitatem, foeturae ingeniorum accommodatissimam, sequuta est. A Platone in Timaeo atque in Menexeno traditur, Atticam esse ingeniorum felicitati praecipue accommodam. Panaetius ejus rationem in aeris rejecit temperaturam. Longinus ex loci qualitate putat evenire, permixta ex multis, atque occulta. Origenes, qui Timaeum est interpretatus, coelestibus ascribit aspectibus atque instuxibus: quoniam octavo de Republica Plato scribat; coelestes quosdam circuitus esse causas fertilitatis ac sterilitatis, tum corporum, tum animorum. Proculus vero ac Porphyrius, animam mundi putabant alibi alias vires imprimere, ac peculiaria velut hospitii parare: tum deos varios illustrare loca. Sicque de Athenarum*

Athenae in loco salubri.

*cras
inge-
offi-*

salubritate haecenus. quae etiam Academiae accommodo, donec specialior, quae esse hic impedimento possit, causa afferatur.

(ee) Speciose admodum *Vi- Academia non* ait: *Academia villa erat loco nemoroso & subpalastri, ac ideo insalubri.* Cum enim ne suspicari quidem probabilem rationem posset, quia locum pestilentem ac insalubrem diceret cum aliis, viri simile minimum esse credit, quod locus umbrosus & opacus aquis abundarit, atque sic palustris aliquantum, & insalubris fuerit. Hinc coeca quaedam obedientia eum sequuti Viri Clar. sunt quorum §. IX. littera bb. fecimus mentionem. quibus addi tamen adhuc TIRACQUELLUS *tract. de nobil. c. 31. in fin.* SETZERUS *de increment. Academ. §. CCXVIII.* LIMNAEUS *de Jur. Acad. §. 50.* aliique plures possunt, quoniam hic saniorum cum Conzenio mentem amplecti videatur.

(ff) Sui

Vives quantum quantum etiam est; aliter enim Plutar-
tarchus sentit, qui locum aridum, & sitientem,
haec enim eius verba sunt, fuisse indicat, quem
Cimon demum inductis aquis purissimis irrigu-
um fecerit, planisque instruxerit curriculum. (ff)
cui etiam tumuli heroum favent, qui in aridis ac
siccis

Locus a-
ridus con-
tra Vi-
vem.

(ff) Sui tamen obliti hi omnes sunt, quos PLUTARCHUS, scriptor gravitate ac fide nulli secundus in *vita Cimonis* p. 487. C. confutat, quando locum aridum & siccum fuisse a Cimone aquae ductibus rigatum, tradit. Hic enim Atheniensem fortissimus dux, cum magna liberalitate esset, ut NEPOS V. in *vita eius* p. 94. testatur, pluraque aedificia Athenis, publica aequae ac privata, suis sumptibus exstrueret partim, partim juvaret exstructa, & ulterius exornaret, etiam Academiae prospexit idem. quod his verbis celebrat Plutar-
tarchus: ὁ κίμων τὴν ἀγορὰν πλατάνοις καταφυτεύσας, τὴν δὲ Ἀκαδημίαν ἐξ ἀνύδρου καὶ ἀρχμηρᾶς κατέρρυτον ἀπεδείξας ἄλσος. Cimon forum platanis consevit, Academiam ex sicca & arida irriguum nemus fecit. Imo ne cui in mentem veniat, stagnasse ibi

aquam post & locum palustrem effecisse, adeoque insalubrem; addit idem: ἡσκημένον ὑπὸ αὐτοῦ δρόμοις, καθάρσις καὶ συσκήσις περιπάτοις. instruxisse eum puris curriculum, & ambulationibus opacis. Qua in re Eruditissimus mecum CONZENIUS consentit lib. IV. Politic. p. 241. & 242. §. 1. ubi ita ait: Academiam locum fuisse insalubrem refert Caelius. & Platonem excusat, qui studiis delegerit, quod eo modo cum prospera nimium corporis valetudine uteretur, eam premere luxuriantem, loci incommodis vellet. Verum de salubritate atque amoenitate paulo aliter sentiendum est, si Plutarchum in *vita Cimonis* audimus; is enim locum aridum, ductis aquis purissimis irriguum fecit & nemore umbroso consevit. haecenus ille, bono quidem sanoque iudicio: vellem tamen & veteres evolvisset, nec in solam CAELIUM rejecisset culpam, qui

ficcis locis erant, non in aqvosis & palustribus, ubi & urnae, & marmora, monumentaque alia facile caperent detrimentum. (gg) Videmus igitur ex his, quam nulla pestilentiae causa cum Academia cohaereat. Quare non modo animo comprehendere, sed ne suspicione quidem possum attingere, primam Academiam in loco insalubri fuisse. Imo quis medicorum aduersam discentibus valetudi-

qui sua ex *Basilio*, ut assolet, aliisque transcripsit, quos superius §. IX. lit. bb. bona fide adduximus.

Sepulchra in locis saxosis. (gg) Demonstratum a nobis §. VII. lit. X. superius ex Pausania est, tumulos ab urbe Athenarum in Academiam usque se extendisse. Sepulturas vero in locis petrosis fuisse, ipsis quandoque faxis ac lapidibus incisas, ex hujus argumenti scriptoribus KIRCHMANNO, ac GEJERO discas; & exempla plura in diviniore literis facile inuenies. Causas addere plures possem; unica tamen sufficiat; ne scilicet monumenta laederentur, sed perpetua viventibus memoria essent, ac mortalitatis admonitio, ut VARRO vult *lib. V. de LL. De Cerramico ceterum insi-*

gnem errorem apud ZWIN- *Zwingeri* GERUM notabis, quem *Vol. error. II. lib. VII. p. 573.* committit. Qui hunc sepulturae Ceramicum, cum eo, qui intra urbem situs erat, confundit, ita differens: *Ceramicus, locus Athenis intra urbem, ubi bello peremptos sepeliebant, & funebres orationes habebant. Nomen habuit a lateribus coctilibus. Quorsum PALMERIUM* virum arte & morte Excellentissimum confer, Scriptorem Octogenarium, senectute & calculi morbo ad musas reductum, *Exercitat. in Graec. Script. p. 359.* qui dum de eadem vocis origine differit, addit; *Sic hodie Lutetiae hortus regius pulcherrimus vocatur les tuieries, eo quod olim ibi tegulae coquebantur.*

(hh) Ver-

tudinem svadeat? Et quotus quisque est, qui non valere potius, quam discere malit? aut qui discendi causa pestilentem domum adire velit? (hh) Platonem igitur cum Academiae suae frequentiam quaereret, & in venire etiam, deterrere multos loci pestilentia voluisse, ne verisimile quidem est. Corporis vero impetum, ac libidinem a seduis laboribus, quibus invigilavit, studiisque fregit facile Platonem,

Loci in- (hh) Verba haec Adami CON-
salubritas ZEN sunt, qui lib. IV. Politic. c.
non con- XIII. p. 241. & 242. inquit: cum
venit A- Plato celebritatem frequentiamque
cademiae. Academiae quaereret, persuadere
mibi non possum, discipulos eum de-
terrere, & abigere quonquam in a-
moenite, Gymnasii voluisse. Quo-
tus enim quisque est, qui non valere
potius, quam discere malit? aut qui
discendi causa pestilentem domum a-
dire velit? Alia igitur causa quaerenda,
cur Palladi sacrum Gymnasium in Academia
instituerit Plato. Hinc ejus quoque imitandum
hic morem in erigendis Academicis esse,
ubi locus parum salubris sit, omnes improbant.
MIDDENDORPIUS p. 10. l. c. inquit: Nec curiosior de loco Academicarum cura rideri debet cum tam diligenter apibus mellificaturis locus provideatur, quando melle sa-

piencia praestantior longe est ac suavior. Sic XENOPHON lib. I. de Instit. Cyri. Imperatori diligenter curandum esse, ut castra in loco salubri collocet: sic civitatis & loci salubris ratio instituendis universitatibus est habenda. Quod poetae mihi perspexisse videntur, qui Musas in Helicone & Parnasso amoenissimis tutissimisque montibus habitare finxerunt. Ab aere enim excitari ingenia Hippocrates scribit. Imo addit idem p. 9. Platonem non in salubritatem fuisse sectatum, sed ut nimiam corporis salacitatem vigoremque praescinderet, & subtilibus illis, acutisque Atticis ingenis tanquam compedes injiceret, & ex crassiore aere temperaret. Sic SETSERUS CCXIX. l. c. ait, Platonis nos nequaquam imitandum esse morem existimamus. Et LIMNAEUS hunc

to, ut loci pestilentia non fuerit opus. (ii) Huc enim Alexini Philosophi pertinet, qui, etsi auditoribus maxime probaretur, cum tamen in salubri loco do-

hunc in modum *lib. VIII. Jur. Publ. §. 54.* hac de re differit: *Plaquestem a-* ne cum Academiae nostrae non cor-
lio trans- poris quaedam debeant esse carnifici-
feruntur nae, sed ejusdem atque mentis cam-
Acade- pi quidam Elisi luxuriantium motus
mi se. alio suaserim compescendos remedio,
ac fecerat Plato. Imo vero pestis
aut alia lues contagiosa, si nimium
incipiat ingravescere loco Academiis
addicto, eodem ex fundamento Aca-
demiarum instigabit Patronos, cor-
pus hoc literarium alio ut transfe-
rant. Quo casu nihilominus sua
retinebit privilegia. Exempla sunt in
pro patulo. Academia Francofurtensis
non ita pridem alio, Jenensis ali-
quando Salsfeldiam, Friburgensis Rein-
feldiam, adde Vitembergam, quae
SENERTO teste in Athenis
Viteberg. luem propter conta-
giosam in oppidulum Remberg
translata est. Suam igitur Po-
dagram PIRKHEIMERUS, &
CARDANUS laudent; febrim
quartanam MENAPIUS com-
mendet, calcuclum extollat
PALMERIUS, quod hominem
hi morbi ad virtutes quando-
que, temperantiam, studiorum
etiam assiduitatem reducant,

Frustra i-
gitur mor-
bilaudan-
tur.

E cere

quos lepores, cum aliis uno vo-
lumine, sub titulo *Orationum*
Ludicrarum Lugduni 1644. editis,
invenies. Imo oculos sibi effo-
diant Philosophi, ne per usum
eorum a contemplationibus
suis impediuntur, quales BA-
SILIUS *Orat. de leg. libr. Gent. p.*
150. recenset, alii aliter in se i-
pso peccent; nobis orandum
potius illud est, ut sit mens sa-
na in corpore sano.

(ii) Multo labore corporis *Nimii la-*
atteri vires, validissimas quo- *bore vi-*
que, quis negabit? Experiun- *res fra-*
tur id docti, & experti jam o- *gunt.*
lim, ingenti cum eruditi orbis
damno sunt, qui in medio me-
lioris famae cursu praematura
morte sunt subplantati, cum
indefessis animis imbecillum
corpus non pari virium robo-
re responderet. Ita Douffas, *Hinc eru-*
Schedios, Elmenhorstios, El- *ditorum*
lingios, Canteros, Nouzenos, *praema-*
Tilemannos, Cisneros, Bone- *tura*
fidios, Lindenbrogios, Scheg *mors.*
kios, Acidalios, Putschios,
Huttenos, Lambecios, Car-
tesios, Bernartios, Morhoffi-
os, Rivinos, & quod aeternum

Aca-

Inter hos Academia haec dolet SPENERUS, in conatu maximarum rerum subita morte praereptos esse scimus. Vix enim hic vicenario major admirandis rerum naturalium inventis non hanc Academiam illustravit solum, sed omnem pene orbem in stuporem ac admirationem traxit. Sui quippe sua aetate similem non habuit naturae acerrimus investigator. Euge igitur, quam prudenti consilio corporis studio vires loci pestilentia fregisset Plato, cum tot eruditorum vigiliis, studiis ac laboribus, ne Hercules quidem sufficiat, & minima eorum unius hominis attingat aetas. Apposite enim QUINTILIANUS lib. X. c. III. instit. p. 475. de lucrationibus eruditorum ait: in hoc praecipue bona valetudo necessaria est: cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimum laborem verti-

Incredibilis. Latuisset Plato cum Scipio ac Salmasii, libris lectorum institutandis operam insumentibus, tres dies in Bibliothecis impransus & dedidicisset facile libidinem, illud potius ejusdem SCOPPII expertus, quod Lib. III. Suspect. Lect. Epist. I. Scippii. scribit p. 117. Tibi quidem, ut Phi-

losopho viroque gravissimo, de diebis saturum fieri, minime decere videtur: mihi etiam aliisque mane ad vesperam studiis meis impransum operam dare ex consuetudine in naturam vertit. Tu diem totum tanquam claudus sutor, ut familiaris nostri verbis abutar, in Bibliotheca tua sedere, nec temere copiam tui facere consuevisti; mihi quoque ex assidua & sedentaria operam manus jam & pedes turgescere incipiunt. Aut Gerardi VOSSII Ger. Job. illius, qui tot noctes studio: um Vosii.

causa infomnes traduxit, & ne in epulis quidem otiosus es potuit, de quo Gener ejus Francisc. JUNIUS Praefat. in opus posthum. de quatuor Artibus Popul. p. XIII. inquit: non valetudini curandae studiose operam dedit Vosius, sed cum ejus haud levipericulo, plane ad exemplum prisci Catonis, multo surgebat mane, atque ima ipsa etiam nocte, quo vacaret studiis ac meditaretur. Illud sciens;

Οὐ χρεὶ παννύχιον εὐδειν βουλίφορον ἄνδρα.

Infomnes traducebat noctes & vir & senex, quae aetate sibi jam parcere potuisset. Quid? quod ne inter ipsas epulas quidem sibi temperaret, quo minus vel lectitaret libros, vel vel cogitationibus inhaereret, adeo ut ipse viderim aliquoties dextram ejus

ceret, eum omnes deseruerunt. (II) Contra vero Neapolitanam & Tarsensem, celeberrimas Academias ob loci salubritatem, opportunitatemque ita floruisse, ut quasvis suo tempore alias superaverint, Strabo auctor est. (mm) Qui ergo hoc in prima Academia, celebritate ac frequentia secunda nulli, defuisse dicamus.

§. XI. Imo quam augustissima illa & regia vere omnium Musarum sedes, aliter ab optimis, iisque verissimis Scriptoribus depingitur. Academicam enim villam amoenissimam, vernam semper

E 2

fuisse

ius necessariis usibus ab uxore aptari ut inedia succurreret. Plura de pluribus dicerem, sed prolixius de his dissertatio aget, de PRAEMATURA ERUDITORUM MORTE suo tempore edenda. Vidisti tamen B. L. media libidinem suppressendi, ut adeo loci pestilentia opus non sit.

Loci in salubritas arcet discipulos.

(II) Alexinum Philosophum Eliensem quod in loco doceret insalubri, tum in rerum multarum, quae usui erant necessariae, penuria, discipuli deseruerunt omnes, & quidem cum vehementer probaretur, ac placeret. Quam rem Ludovicus VIVES lib. II. de

tradend. disciplinis. ZWINGERUS Vol. XXI. lib. II. pag. 376. LANCELOTTUS in suo Decurione. MIDDENDORPIUS p. 9. de Academia. SETSERUS §. CCXXIV. de incrementis Academicarum aliique recensent.

(mm) STRABO lib. V. & Salubritas inuiv. XIV. Geographiae scribit: Neapolitanam celeberrimam Academiam fuisse, ob salubritatem opportunitatemque loci. Tarsensem quoque propter Cydni saluberrimam aquam, locique commoditates Alexandrinam, & Atheniensem literarum gloria superasse. Quorsum etiam autores conferantur mox a nobis citati.

(nn) EU-

tuisse ac platanis & olivis opacissimam, aquis item irriguam, per varias semitas purissime fluentibus, quae aestum diei lenem admodum ac mitem reddiderint, Aristophanes, Laertius, Plutarchus, Suidas, aliique testantur, (nn) Ut adeo, sive nemus ipsum

Academiae amoenissimus locus.

(nn) EUPOLIS & TIMON lib. III. Segm. 7. p. 160. apud LAERTIUM sic de villa differunt,

ac in festivo hic quidem carmine ait:

τῶν πάντων δ' ἠγείτο πλατύστατος ἀλλ' ἀργορητῆς
Ἡδυεπῆς, τέττιζεν ἰσογράφος, οἱ θ' Ἐκαδήμου
Δένδρει ἐφεζόμενοι ὅσα λειριόεσσαν ἰεῖσι.

quod ita vertit interpres:

*Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat,
Cujus ab ore melos manabat, quae Hecademi
Arbustis lepida modulantur voce Cicadae.*

ille vero in ambulacris Academi umbrosis Dei Academiam ponit:

ἐν ἐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου Θεοῦ

Hinc ipse addit DIOGENES, l. c. Ἀκαδημία ἐστὶ γυμνάσιον προσεταιριῶν ἀλσῶδες. Academia Gymnasium est suburbano nemorosum. ARISTOPHANEM infra adducam, PLUTARCHUM vero in Cimone pag. 487. auctorem indicare, qui his ornamentis ac amoenitatibus instruxerit A-

cademiā §. IX. diximus, litera ff. SVIDAS hoc pariter asserit, cuius tamen eadem cum Aristophane, & Laertio verba sunt. Ex Latinis CICERO lib. I. de Divinat. pag. 165. ait: Inque Academia umbrifera - ut §. I. vidimus lit. c. Et HORATIUS Epistol. lib. II. ult. p. 217. lat. i. ait:

*Adjecere bonae paulo plus artis Athenae,
Sciucet ut possem curvo dignoscere rectum,
Atque inter Sylvas Academi quaerere verum.*

Non

iplum aspexeris, viride semper rarissimisqve arboribus confitum, sive praeterlabentia flumina, inspirantes ramis arborum auras, & volucrum iuvissimos cantus in aurem demiseris, sive denique coeli fueris contemplatus libertatem, atqve horum amoenitates intuitus, omnia sublimem animum & spiritum beatiorem parere visa fuerint. Hinc Deorum has sylvas, ac arbores in ea Diis Deabusqve dicatas fuisse, Eupolis ac Timon volunt. Et Aristophanis hoc ad virtutes optimum irritamentum est. fore enim dicit, ut virtutibus conspici tandem in his Academiae sedibus inter oleas ac platanos ambulent, coronis purissimis capita redimiti. (oo)

Horatius
explicatus.

Non possum, quin hic moneam, quam in perversum sensum hos versus contra Flacci mentem detorqueant interpretes, ASCENSIUS enim ita ait, p. 217. edit. Venet. 1573. f. *inter sylvas, id est, inter varias Platoniorum sententias, qui in Academia Athenis versati sunt.* CRUQVIUS p. 608. edit. Plant. 1611. *Academus Atheniensis porticum construxit apud Athenas, a qua porticus Academiae est dicta, & ab ea Academici: quos jucunde dicit in sylva quaerere verum, qui ita quaerunt, ut id negarent inveniri posse. Quem*

E 3

§. XII. Adi.

sequitur BONDIIUS p. 389. edit. Brunsv. *Inter obscuros Philosophos Academicos. Quasi vero hic Academicos traducere Philosophos poeta voluisset, nec ad umbriferum Academiae locum & ipsum nemus cum Cicerone respexisset. Quid? quod & priora verba hoc volunt, ubi recta se a curvis discernere didicisse Athenis, idem ait.*

(oo) Peregregius ARISTOPHANIS locus in *Nub.* est p. 110. ubi quid spei habere praeter aliis virtutum obsequiosi possint ac debeant, sequentibus ostendit:

Jucundissima sedes Academiae.

AM

§. XII. Ad ipsam vero structuram Academiae deveniamus tandem, restat. Hujus in primo aditu Amoris ara conspiciebatur, (pp) quam Promethei

Ἄλλ' οὖν λιπαρός γε καὶ εὐανθῆς ἐν γυμνασίοις διατρέψεις,
 οὐ σωμύλλων κατὰ τὴν ἀγορὰν τρυβλοεκτήρα πελ' οἰά περ οἱ νῦν
 οὐδ' ἐλκόμεν' ὡς περὶ πραγματίου γλισχραντιλογεζέπιπρου.
 Ἄλλ' εἰς βηαδημίαν καλίων, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρεξείς.
 στεφανώσασθαι καλὰ μὲν λευκῶ μετὰ σῶφρον' ἡλικίῳ του.
 Μίλακ' ὄζων, καὶ ἀπραγμοσύνης καὶ λέυκης φυλλοβολούσης
 Ἡρ' ἐν ὥρᾳ χαίρων ὀπὸτ' αὖν πλάταν' ὡλελέα ψιθυρίζη.

Quod ita *Andreas* DIVUS ver-
 tit : sed igitur formosus ac flo-
 ridus in Gymnasis conversabe-
 ris non garriens in foro abjecta, ac
 intricata, qualia hic nunc, neque
 tractus ad lubrica negotia terenda;
 sed in Academiam descendens, sub
 olivis currens, coronatus calamo al-
 bo cum casto coetaneo. Milace o-
 lens & apragmosiine, & populo fo-
 lia mittente Veris tempore, gaudens
 quando platanus ulnus susurrat.
 Cujus singula verba eruditis a-
 nimadversionibus SCHOLIA-
 STES auxit, sacras enim circa
 Academiam oleas floruisse &
 arbores pretiosas alias, quarum
 folia coronis adhibuerint
 Lampadophoro cingendis.
 Id quod etiam SOPHO-
 CLIS SCHOLIASTES, infra
 adducendus, de eodem loco
 affirmat. Ipsa vero Aristopha-

nis verba SVIDAS recitat, sub
 voce *Academia*. quos auctores
 ipse conferas, plura enim tran-
 scribere huc Graeci non suppe-
 tunt characteres.

(pp) PAUSANIAS hujus *Arae in A-*
rei autor est lib. I. de *Attica* p. 26. *cademia* :
 qui integram ejus quoque hi- *Amoris*.
 storiam affert, ac monumenti
 reddit rationem. Hinc *Cael.*
 RHODIGINUS *Antiq. Lect. lib.*
XVI. C. XXIV. p. 884. dum sa-
 crum amoris ignem esse probat,
 inquit: Quippe Athenas adverti-
 mus, unde scientiarum veluti fluen-
 ta in orbem terrarum effusa, *Aca-*
demiae Gymnasium nobile, *Pallados*
 quidem numini dedicasse: ceterum
 inibi quoque amoris simulachrum ita
 excitasse, ut res divina utriusque per-
 ageretur. Quid? quod & ipsas
 Musas amabiles esse Pieridum
 sorores voluerint sapientes, ut
 artium

methei excepit mox, a qua homines in urbem faci-
bus accensis pro praemio currebant. Quod huic
Deastro certamen dicatum cum Minerva & Vulca-
no erat, Pani etiam quandoque sacrum. (qq)
Tres autem certabant plerumque, quorum qui-
vis eo contendebat, ut facem accensam in locum
destinatum quam citissime perferret, cui enim ex-
tingvi illam contingeret, is victoria excidebat. Ne-
que

artium cultores, juvenesque eo
facilius ad sui traherent amo-
rem. Quam rationem DRES-
SERUS in *Milen.* reddit, quan-
do de virgineo quaeritur habi-
tu Musarum. Imo neque ipse
Plato LUCIANO adeo auste-
rus videtur, quin virgines
quandoque arriserit, quem
traducit idem propterea *Dialog.*
Piscat. Revisc. pag. 66. edit. Paris.
1546. f. & quis APULEI nescit,
qui *de Philosoph. nat. p. 3.* dicit:
multi auditorum ejus utriusque se-
xus in Philosophia floruerunt.

Prome-
thei.

(qq) Prometheum auxilio
Minervae coelum ascendisse,
& adhibita facula ad rotam so-
lis, ignem furatum esse, quem
hominibus indicaverit, SER-
VIUS scribit. Qua de fabula
HESIODUS & HORATIUS
agunt Poetae & LUCIANUS
in *dialogo hujus Deastri.* causam

igitur suspicari facile poteris, *Lampa-*
quare hoc igneum eis Graeci *dophoria*
habuerint certamen. Vulcano *cui sacra?*
tamen idem ante sacrum erat,
quia hunc quoque plures ignis
auctorem credidere, ut SVI-
DAS sub voc. *λαπταδ.* refert.
Omnes autem tres Deos in Aca-
demia cultos esse APOLLO-
DORUS apud *Sophoclis*
SCHOLIASTEN ad *Oedip.*
testatur: συντημιᾶται ὁ Προμη-
θεὺς ἐν Ἀκαδημία, τῇ Ἀθηναίκα-
δάπτει ὁ ἩΨαιστος & quae se-
quuntur. Quorum etiam in
nemore Academico templum
fuisse, & unam utriusque figu-
ram, quae sceptrum manu te-
nuerit, idem autor est. Quod
MEURSIUS hic denuo urget.
libr. de Popul. Attic. p. 48. Acade-
miam idem cum Ceramico esse
convicturus, cum & ibi trium
Deorum Minervae, Vulcani,
&

que pedibus semper ibant, sed equis interdum utebantur; cumque segnius currerent certantes, ne lampada cursus extinguerentur agitatione; planis sese manibus verberabant, risus excitandi causa. Victor in certamine Lampadophorus in primis dictus est, praemiis etiam decoratus. Ceterum ita praeparatae faces haec erant, ut ligna in vasis bene magnis accensa jacerent, ac oleo nutrirentur. Quæ sacra originem in Vulcano sumfisse, ignis, quem crediderunt, inventore, cui etiam facta primum, post demum aliis esse Suidas vult. Non tamen in Academiae aris solum, sed aliis quoque aliorum locorum peracta esse, ex autorum varietate judico; ut adeo neque nunc causa sit, Ceramicum unum credere cum Academia (rr)

§. XIII. Prae-

ac Promethei aras & figuras fuisse *Aristophanis* SCHOLIASTES p. 135. ad *Ran.* prodat. Sed vero quid prohibet unius Deatri in variis locis varias imagines fuisse, cum in primis lampadophoriâ & alibi peractam fuisse sciamus. Pani vero cum in universum omnis cultus sacer esset, hic quoque fuit. LIBANIO notante *Declam. XV.* τῆ λαμπάδι θεῶ Πάν. ac SVIDA quoque d. l.

defectus, de quo conquesti saepius sumus, non patitur. De hoc tamen Lampadum certamine Conferri sequentes possunt: ARISTOPHANES ad *Ran. p. 135. 173.* cum erudito SCHOLIASTE. PAUSANIAS in *Atticis p. 24.* LIBANIUS *Declam. XV.* SOPHOCLES in *Oedip. cum Scholiaste.* HESYCHIUS, HARPOCRATION, & SUIDAS, sub voce λαμπάδοφορίας. Reliquos autores MEURSIUS suppeditat *libr. de Popul. Atticae pag. 14.*

De hoc certamine auctores.

(rr) Omnia hic sigillatim auctorum testimoniis ornare velle literarum ille Graecarum

(ss) Te-

§. XIII. Praeter has aras Mercurii quoque, Minervae ac Herculis in Academia fuere; a cujus aditu, intra septum quoddam, Dianae pulcherrimae signa conspiciebantur. (ss) Neque Cupidinis altare longe aberat, si Pausaniae credimus, in quo Socrati cygnus, bono omine Platonis, recens nati, confedisse visus est. (tt) Hortulos deinde plures Academica spatia mirifice admodum nobilitasse Tullius & Apulejus testantur. (uu) Imo Lavacrum etiam, quo uterentur Philosophi,

Arae Academicae: Musarum, Mercurii, Minervae, Herculis, Dianae. (ss) Testatur de his PAUSANIAS p. 24. in Atticus. In eadem Academia Musarum sunt, & Mercurii arae, interius Minervae, sua etiam Herculi. Dubitat de Diana tamen Pausanias, an hujus Deae ibi signa sint. Sapphus autoritate fretus tandem, inquit: Dianae optimae ac pulcherrimae non signa solum, sed etiam cognomina, esse existimo.

Cupidinis. (tt) Historiam de somnio Socratis §. IV. lit. n. superius attingimus. Cum tamen APULEJUS p. 1. de Phil. nat. lib. I. p. 1. hanc Cupidinis aram intra Academiam fuisse his indicet, verbis: Vidisse sibi Socrates visus est cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est,

F volasse & quae sequuntur; crederem ego hic aram amoris indicari, quae in primo Academiae aditu fuit, ut §. XII. lit. pp. probavimus. Sed dissentire hic a PAUSANIA, qui hanc ab illa expresse distinguit, p. 24. & 26. in Atticis religio fit. BOECLERI admonitus verbis: Pausania non possunt uti, nisi serio docti.

(uu) CICERO lib. V. de Fa. Hortuli to p. 248. cum autem venissemus in Academia non sine causa nobilitata spatia, solitudo erat, ea quam volueramus. Venit mihi Platonis in mentem; quem accepimus primum hic disputare solitum. Cujus etiam illi hortuli propinqui non memoriam solum mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo hic ponere.

Ita

phi, propius abfuisse, ex Hesychii colligo. (xx) I-
psis vero aedibus Gymnasium tribuo, in quo cor-
pora sua, sive valetudinis causa, ne assiduo labore
langvescerent, sive ut ipsam athleticam discerent,
juvenes exercuisse, arbitror; cum & ipse his artibus
Plato se exerceret. (zz) Ceterum muro Academi-
lam

Ita quoque APULEJUS lib. I. de
Philosoph. Natur. pag. 3. Patri-
monium Platonis in hortulo, qui A-
cademiae junctus fuit. hinc hor-
tulos Platonem in hoc nemore
jure hereditario possedisse e-
xistimo, ipsam vero villam ab
Academo emisse.

Lavacrū. (xx) Satis aperte HESYCHI-
US sub hac voce ait: *Ακαδημία
λουτρόν*. hinc improbare non
possum quae ALSTEDIUS in
Eucyclopaedia Curs. Philos. lib. XIX.
c. ii. p. 2680. monet: *Lavacrum e-*
nim fuit prope urbem cum nemore
junctum Academiae. Et ex eo so-
lebant studiosos juvenes abluere,
cum ad certos studiorum gradus
conscendissent. Ut auctor est NA-
ZIANZENUS. Lavationis ve-
ro commoda & consuetudines
apud Fulv. URSINI Appendicem
videbis p. 129. 59. de Triclin. quibus
adde quae CIACCONIUS habet
de eodem argumento.

**Gymna-
sium.**

(zz) Cum Gymnastica tem-
pore Platonis in magno pretio

fuerit, Philosophis etiam non
indigna, quam & ipse Plato ex-
acte tenebat, & exercebat fre-
quenter, ut APULEJUS & LA-
ERTIUS in vita ejus animad-
vertunt, atque in ipsis etiam o-
peribus ejus videre satis est,
hanc utique artem in Acade-
mia floruisse, cum aliis lufuum
generibus, existimo. VITRU-
VIUS enim id requirit, quando
de Scholis Philosophorum, Gy-
nasiisque tempore Graecorum
extructis lib. V. c. XI. differit.
qui locus illustris est, illustrior
tamen si eruditissimas STEV-
VECHII cum eo notas conju-
xeris. Recte igitur VOSSIUS
de his §. 8. de *Gymnast.* ait: *itaque*
Gymnasium aliqui solum acce-
debant ut animum exercerent au-
diendo philosophos, rhetores & ma-
thematicos, vel alios: alii solum ut
exercerent corpus: alii ut lavarentur.
Quidam vero propter haec omnia.
confer. quae Georg. GUMPELZ-
HAIMERUS habet, & MOSCHE-
RO-

am Hipparchus cinxit, splendido satis & amplo,
si proverbium inde natum spectemus. (aaa)

§. XIV. Bibliotheca quoque non spernen-
da villam hanc suam instruxit Plato. qui unius Phi-
loli Pythagorici libros plus mille philippeis rede-
mit. (bbb) Quare quod ditissimus fuerit idem, nec

F 2

tenui

ROSCHTUS in supplementis, Part. I.
de Exereit. Academ. p. 1. 2. 59.

Murus A- (aaa) Lil. Greg. GYRALDUS
cademiae. Tom. II. Oper. Dialog. III. pag. 93.

edit. Basil. 1580. ait: Fuit Hippar-
chus inter poetas connumeratus,
Atheniensis Pisistrati tyranni filius,
qui, ut est a Platone proditum, multa
in republica facinora clara fecit, ita
quidem, ut apud Graecos ab ipso
proverbium in eos factum sit, qui
magnifice & liberaliter opus aliquod
perficiunt, τὸ ἰσὼσ ἀρχοῦ τέχνην. Is
enim Academiam ingenti muro cir-
cumdedit, qua in re non modicas in-
sumpsit opes. Idem etiam ERA-
SMUS habet pag. 1722. Adag. edit.
Veckel. 1589. Murus Hipparchi dice-
batur res quae magnis constaret im-
pensis. Hinc natum, quod Hippar-
chus Pisistrati filius Academiam mu-
ro sepsit. atque hujus rei nomine ma-
gnam pecuniae vim ab Atheniensibus
exegit. Autor SPIDAS. in quo ta-
men nihil de hoc proverbio in-
venio, licet alia multa de Hip-
parcho extent. ZWINGERUS

Volum. XXII. p. 4097. prover-
bium de magnifico aedificio
assumi testatur.

(bbb) GELLIUS hujus rei au- Bibliotheca
tor est lib. III. c. XVII. Noct. At- ca Plato-
tic pag. 158. ubi ita ait: Memoriae vis.
mandatum est, Platonem Philoso-
phum tenui admodum pecunia fa-
miliari libros decem millibus dena-
rium mercatum. addit Philipp.
CAROLI in animadvers. in h. l. p. Magni in
234. suspecta tibi fides est tanti pre- libros
titi? quid dicturus es, si lychnum fi- sumptus.
ctilem Epicteti Stoici ter mille drach-
mis emptum leges? aut cujusdam
Cynici baculum, quo deposito in i-
gnem insilierat, solido talento.
Quam rem LUCIANUS adversus
indoctum, librorum tamen lon-
ga supellectili tumentem pag.
731. urget Tom. II. Operum. Ubi,
cum de Orphei lyra ac supersti-
tione de illa egisset, inquit:
Nostra aetate adhuc superstes est,
qui Epicteti Stoici lychnum fictilem
ter mille denariis est mercatus: spe-
rans futurum scilicet, ut si noctu ad
istam

tenui familiari pecunia instructus, nullus dubito:
quoniam aliter sentiant, cum Gellio suo, recentiores.
Si enim, quantum in itineribus consumsit, villae suae impendit, & libris dedit emendis, colligo, quomodo dicere tandem aliter possim. (ccc)

§. XV. De

istam lucernam legisset, mox Epicteti sapientiam somniaret, & similis efficeretur admirando seni. Imo quanti Ephesiorum libri Apostolorum tempore aestimati fuerint, cum igni eos dedissent, fidem Christianam amplexi, in *ACTIBUS* leges, c. XIX. v. 19. quam summam *SCHMIDIUS* 833. florenis aestimat p. 916. in b. l. Et quis Arundeliani codicis pretium nescit, cum is in Asia e terra erutus, in Angliam transportaretur, Londini in orto palatii Arundeliani custoditus haecenus, decrepitae vetustatis liber. de quo *SELDENUM* vide, animadvers. in illum, & *PALMERIUM* p. 677. *Exercitationibus in optim. Graec. auctor.* 1678. *Lugd. editis.*

Plato non inops fuit. (ccc) Qui ergo pauper aut inops esse potuit Plato? Novi equidem quid hic *GELLIUS* objiciat, qui lib. III. c. XVII. p. 158. ita ait: Memoriae mandatum est, Platonem Philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse: atque

cum tamen tres Philolai libros decem millibus denarium mercatum. Idei pretium donasse, quidam scripserunt, amicum ejus Dionem Syracusanum. & paulo post: Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, qui Σίδδος in scribitur. In eo libro Platonem Philosophum, quem dixeramus tenui admodum pecunia familiari fuisse, contumeliose appellat, quod impenso pretio librum Pythagoricae disciplinae emisset, ex quo Timaeum nobilem illum dialogum concinnasset. Versus Graecos Timonis, *LIPSIUS* emendavit lib. I. *Man. ad Stoic. Philos. c. 6.* & *ZWINGERUS* aliquantum lib. II. *Volum. X. Theatr. pag. 2412.* Nec Philippus *CAROLI* aliter ac Gellius de Platone sentit: Cum lego Platonem, tenui admodum pecunia familiari fuisse, & liberalitate regis sui libros praedictos emisse, recogito vetus dictum Rabbiorum: No est lex sine farina. Quod longius a vero distat, quam Nilus a suis ostiis. Quid enim frequentius, quam bonos & sapi-

§. XV. De Doctoribus Academicis, qui post Platonem locum mirifice illustrarunt, praestat nihil, quam parum dicere. Diu tamen Academia floruit sub illis, atque in summa apud quasvis gentes, & crudelissimos etiam Atheniensium hostes veneratione, ac honore permanit; qui, quamvis moverint cum exercitu ad illam, & castra metati fuerint, rarius tamen aliquid in eam tentarunt. (ddd) Sed

F 3

Sylla

sapientes esse in paupertate. (bonae enim mentis soror est paupertas inquit *PETRONIUS*, Philosophiae vernacula, & mater sanitatis ut *ERHARDUS* addit p. 316. *Satyric. edit. Hadrianide Amstel. 1669.*) Verum enim vero rectius longe ac verius *S. HIERONYMUS* lib. II. *advers. Jovin. Tim.* III. p. 35. ait: *Sed & ipse Plato, cum esset dives, & quae sequuntur.* Erat enim ex nobili stirpe Plato, parentibus non angustae sortis oriundus, qui & sumptus ei ad tanta itinera perficienda suppeditabant, nihil quicquam praetermittentes, quod ad studiorum ornamenta pertinere videbantur. Quorum post mortem tantum adhuc invenit, ut & villam hanc, satis bono pretio redimeret, quicquid etiam De his Phi-

lolaï libris cum Gellio statuamus.

(ddd) Vellem tempus mihi spatiumque esset, in Academicorum hic sectas excurrere, novaeque, mediae ac veteris illius Academiae ostendere discrimen: Sed agam alibi de his, si Deus vitam prorogaverit. Illud repeto solum, quod superius jam monui §. II. lit. f. & h. villam nempe immunem diu mansisse, licet Atticam saepius invaserint hostes, quod *PLUTARCHUS* testatur in *Theseo* p. 15. *D. & XENOPHON* lib. II. *Histor. Graec. pag. 458. edit. Leunclav. de Lacedaemoniis* ait: *ἐπεὶ δὲ ἀπαντες ἠθροίσθησαν, ἀναλαβὼν αὐτοὺς πρὸς τὴν πόλιν ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ ἀκαδημία τῷ καλουμένῳ γυμνασίῳ*

Academia ab incur- sionibus immunis.

(eee) Phi-

Sylla Romanus tandem cum invasisset Athenas, & materia cum ad machinas deficeret, excidit nemorosissimam villam, Academiamque delevit. (eee)

§. XVI. Haec igitur fata Academiae ac vicissitudines sunt, ex quibus dignitas ejus & amplitudo cuiusvis facile patebit, cujus gloriosissimam memoriam Tullius recolare in villa sua ab Averno lacu ad Puteolos sita, voluit, quam Augusto hoc sanctoque Academiae nomine insignivit. quod a sera quoque retentum posteritate est: quae supremas literarum scholas, privilegiis Imperatorum ac Pontificum

*ASylla de-
leta.*

(eee) Philippum II. Maced. ex acerbatum ab Atheniensibus, quicquid sancti, amoenive circa urbem fuerit, incendisse: non tectis solum dirutis, sed etiam sepulchris: nec divini humanique juris praeimpotentia iraservatum esse *POLYBIO lib. XVI. & LIVIO, l. XXXI.* suffragantibus *Cluverus testatur p. 160. Histor.* Sed tamen de Sylla demum *PLUTARCHUS p. 459.* in ejus vita dicit: ἐπιλείπουσης δὲ τῆς ὕλης, ἐπεχείρησε τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι καὶ τὴν τε Ἀκαδημίαν ἐκείρε δένδροφοτάτην προαστείων οὐσαν καὶ τὸν Λύκειον. *deficiente materia lucis injecit manum, atque nemorosissimam inter superbia Academiam Lyceumque denudavit. confer, CONRINGIUS in Antiq. Acad. dissert. 1.*

(fff) Non parum ad gratam *Tullii Academiae.* Academiae memoriam Cicero contulit, qui quaestionibus suis, in villa ad puteolos sita elegantissime elaboratis, Academicarum tribuit nomen, hocque ipso venturae id posteritati commendavit. Festiva & pulchra sunt, quae *PLINIUS Histor. Natur. lib. XXXI. c. 1. pag. 744. edit. Dale champii* de hac Tullii Academia habet. Qui ita inquit: *Oculis Ciceronianae aquae profunt. Digna memoratu villa est, ab Averno lacu Puteolis tendentibus imposita littori, celebrata porticu ac nemore, quam & vocabat M. Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum. Ibi compositis voluminibus ejusdem nominis & monumentum sibi instauraverat, ceu*
vero

ficum ornatas , aeternae memoriae ergo ita appel-
lari in hunc usque voluit diem. Ne-

vero non & in toto terrarum Orbe
fecisset. Hujus in prima parte exi-
guo post obitum ipsius , Antistio Ve-
tere possidente , eruperunt fontes
calidi perquam salubres oculis , ce-
lebrati carmine LAUREAE Tullii,

qui fuit e Libertis ejus , ut protinus
noscatur etiam ministerium ex illa
majestate. Penam enim ipsum
carmen , dignum ubique , & non ibi
tantum legi :

*Quo tua Romanae vindex clarissime Linguae
Sylva loco melius surgere jussa viret.*

*Atque Academiae celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore vetus.*

*Hic etiam apparent Lymphae non ante repertae,
Languida quae infuso lumina rore levant.*

Nimirum locus ipse sui Ciceronis honore

Hoc dedit , hac fontes cum patefecit ope.

*Ut quoniam totum legitur sine fine per orbem
Sint plures oculis quae medeantur aquae.*

De hac vero Ciceronis Aca-
demia , qui itineribus eo perve-
nerunt , mira praedicant. locum
enim hodiernum amoenissi-
mum esse referunt , nemore ju-
cundissimo ornatum. in cujus
spatiosis admodum , ac longis
ambulacris iverit ac legerit ani-
mi causa Tullius , suo etiam ibi
sepulchro extracto. Villa au-
tem a mari puteolano propius
abest : quando inter epulan-
dum natitantes in mari pisces
Ciceronem ex Academia obser-
vare nullo negotio , sed multis
cū deliciis potuisse , iidem me-

morant. Nomen tamen mutavit
hodie & lo stadio , ob longa am-
bulacra dicitur. Fontes ipsi in
prato vicino existunt , & Praten-
se propterea , vel Bagno Ciceronia-
no , aut Tritulano audiunt. Id
quod sermone mecum Consul-
tissimus STRYKIUS Fil. commu-
nicavit , ex Italia nuper redux
factus. confer. quoque Di Franc.
SCOTO Itinerario d' Italia part. III.
p. 47^l. SANFELICIUS p. 789.
Franc. LOMBARDUS p. 790. inter
Scriptores Italiae illustratae
1600. editos Francofurti.

Aca-
1.

Neq̄ve hoc frustra factum a vete-
ribus esse, aut temere, existimandum
est: cum digna satis haec Schola Pla-
tonis Academica sit, a qua nostrae
etiamnum Academiae plenissimum
omnimodae perfectionis exemplum peterent. Nam
enim optime demum institutam esse arbitror; quae
ad hanc Platonis quam proxime accedit. Quod
si illam laudem huic per Dei Immortalis gratiam,
ac singularem Serenissimi nostri benevolentiam,
surgenti ALMAE FRIDERICIANAE tribuero;
nihil aberravero a veritate.

Quid enim deesse tandem huic sedi ad perfectio-
nem, amplitudinem, speciem ac dignitatem dices;
quae ita ubique abundat, ut vel omnia huc Musae
meliores contulisse, vel nihil praetermisisse tamen
videantur.

Felicem Tullius Marcum filium praedicat, quod
ei Athenis discere Philosophiam contingeret, ubi
doctrina aequae ac exemplis augeri juvenis posset,
atque in vivis imaginibus veluti quicquid laudabi-
le ac dignum libero homine sit, intueri. In hoc
vero cui denique loco Halam postpones: ubi tot
illustres ex omni ordine personae florent; tot gen-
tes & populi confluunt: quorum suae quivis ter-
rae indolem ac mores sequitur, virtutes exprimit,
artes ac disciplinas refert & exercet. Quarum re-
rum

rum notitiam, cum magnis sumptibus, impensis,
ac itineribus quaerant alii; hic uno eae intuitu con-
spiciuntur.

Et si quid de illis addendum exercitiis est, quae
corpus & perficiunt, & agile ac dextrum reddunt,
quas artes & aestimavit Plato in villa sua, coluitque:
has melius etiam, facilius ac plenius disces? quam
ubi illi eas exercent, qui nati velut eo, factique sunt.
quorum ex Gallis ac Italis excellentissimos quos-
que hic iterum loci reperies.

Quibus tamen ad turpes libidines, privatas con-
tentiones & vitam adeo sapiente indignam abuti ne-
minem videas, cum severissima Sapientissimi Prin-
cipis lex quemvis ab impiis ejusmodi conatibus re-
trahat facile, & arceat. Sicque Platonis in schola
cultam denuo modestiam ac temperantiam habes;
qua quisque pro arbitrio suo, suorumque, quietis
ac tranquillae musis studiisque invigilat, nulla ab
aliis injuria laesit.

Neque vero Platonicae dissimilior Academiae
haec nostra est, si hujus Excellentissimos in omni ar-
tium genere viros, cum illius doctoribus confero;
quos ne nominare quidem est opus, cum immor-
tali jam fama sua orbem illustrarint. Taceo illos,
qui proxime e celeberrimis hujus aetatis Theologis
ac Philosophis, insigni Serenissimi Principis nostri

G

cle-

clementia ac liberalitate vocati hic expectantur. Horum vero qui adsunt, meo praeconio longe major in docendo dexteritas est, per omnem jam orbem notissima, qui nullum cum Xenocrate facile diem praetermittunt, quin juvenes doctiores, melioresque perficiant.

Sed quid de ipsius loci opportunitate ac celebritate dicam? exitum hic magis, quam dicendi, quae penitus obruor, materiam desidero. Cives enim si aestimo, literarum amantissimi sunt, & magni, verum fatear, doctorum hominum admiratores, non absurdi abjectique contemptores eorum, ut in vulgo fieri consuevit alias, digni propterea, ut inter eruditos, mediasque Musas cum Atheniensibus vivant.

In aeris vero mitissima temperie, quam similis primae Academiae haec Alma est, hic flumina, hic horti, hic quicquid amoenitatis ac deliciarum est, abunde reperitur.

Ob solam igitur salubritatem quosvis Hala invitat parentes, ut huc filios, charissima pignora mittant, in patriae spem expectationemque bonis literis bona cum valetudine quoque formanda.

Unum tamen ex pluribus addo, quod hanc de novo urbem cum Athenis conjungit. In Attica enim si Linguam suam Graeci optimam purissimamque

que audiverunt: hic elegantem ac emendatam vernaculae nostrae indolem florere, dialectum vulgo nominant, quis dissimulavit unquam? Peregrinum vero sermonem illi juvant, qui e Gallis hic ex honestissimis eruditissimisque hominibus vivunt. quorum vel sola plurimum huc faciet conversatio. Quid igitur in Hala desiderabis porro, quod ad perfectionem surgentis Academiae ac ornamentum pertinet. Augusta sane ipsa vox est, & Parnasso dignissima, quam si atrium vertis, regiam omnium Musarum sedem habes; si salem interpretaris, animos hic Sapientiae salem a Pallade mercari vides, cum tot natura salinas corporibus aperuerit. Sed quorsum affero haec, cum neutrum in disceptationem cadat. Qvis enim opponet hic aut reget aliquid, praesens harum rerum admirator? absentes non moror, hos enim *αὐτοψία* convincam. Vidisse hoc ante sesqui seculum, & quod excurrit, ALBERTUM Archiepiscopum Magdeburgensem, quis neget? qui suo jam tempore de constituenda hic Academia cogitavit, laboravitque: vidit PONTIFEX id Romanus quoque, qui privilegia pro Summis studiorum gradibus conferendis, omnibus ac singulis, CAMPEGIO Cardinale interprete, in amplissima forma pronus admodum ac clemens concessit. At Dei hoc beneficiū est, & Sapientissimum Sapientissimi Prin-

04443805 +

Principis Consilium, quod surgant tandem tua Ha-
lae jura in Archivis haecenus sepulta: nec surgant
solum; sed majori longe splendore, amplitudine,
ac dignitate ei restituantur. Plenissimum enim o-
mnium rerum moderamen, capitis etiam, foro Cle-
mentissime Academico Optimus tribuit Princeps,
approbavit Augustissimus id ipsum Imperator, pa-
riqve Clementia concessit. Laudamus igitur hanc
Electoris paternam de literis curam; insignem ejus
liberalitatem ac munificentiam in coelum usqve
extollimus; gravissima tandem Summorum hujus
Almae Curatorum, de erigenda ac restauranda hac
sede, consilia, Per Illustribus ac Generosissimis Do-
minis Nostris DANKELMANNO, & RHETIO,
Sideribus Electoralis hujus Aulae Fulgentissimis,
literarum hujus Seculi Arbitris, ac Statoribus debe-
mus, & omni aeternitati, seculis nunquam inter-
morituris, ore ac calamo, cum perpetuae laudis
elogio commendamus. Quid igitur superest, quam
ut Halensium haec Alma in hoc quoqve Platonis
aemuletur, & ut illa ab Academo Academia
dicta est, ita a FRIDERICO haec
audiat

FRIDERICIANA.

ULB Halle

3

001 578 502



QR. 524, 42

AC

NOV

M. JOHANN
Sv.

THEOPH

Alum

Ad diem



Typis CHRIS

m. II, 4



IA,

UM

OVICO,
ef.

ICULCI,

cus,

oc VIIIc.



NIS ELECT.

